






M SAVANAROLA de Aquis Vitæ 1532











Posthumus, Den Haag
25 gd.
21/8/28

EXCELLENTISSIMI MEDICI MICHAELIS

Sauonarolę libellus ſingularis de arte cōficiendi Aquam vitę ſimplicem & compoſitam. Et de eiuſdem admirabili virtute ad conſeruandam ſanitatē, & ad diuerſas Humani corporis ægritudines curandas.



Haganoæ per Valentinum Kobian Anno. M. D. XXXII. Menſe Septembri.

Eme lege & probabis, quia rarus & utilis paucisq; cognitus Ex arcanis Naturæ depromptus,



Linden. p. 643.

Cunctis bonarum ſcientiarum Cultoribus Valentinus Kobian S. D.

Certe mihi uideor rem pergratam me vobis facturum, ſi diu abſcōditos & nimis deprauatos, ex mea officina non modo correctiores uerum & elegantioribus typis reformatos publicauero, maxime illos, quos expertiſſimi Medici ꝓ bona tuēda valetudine (qua nihil a Mortalibus magis deſyderatur) aduerſuſqꝫ propellendos morbos cōſcripſere. Quāuis autem in omni facultate reperiantur codices adulterati ac mendoſi, hoc tamē frequētius euenire ſolebat in Medicina Præſertim ubi cōmittebantur illis vel exſcribi vel excudi, qui medicorum characteres non intelligabant, & quas vocant abbreuiaturas penitus ignorabant. Idipſū & ī præſenti opuſculo perpetratū eſſe cognoui, erroribus enī vndiqꝫ nō paucis ſcatebat, quos ipſe diligenī feci expurgari, & libellū Authoris inſtituto fideliter reſtitui. quare id laboris nūc loco præcioſi muneris ſuſcipite, poſt hac ꝟo vobis Deo duce maiora cōmunicabo. vaete.

AD DIVVM LEONELLVM Marchionem Estensem libellus de Aqua ardenti Michaelis Sauo=narolę Physici sui fœliciter in=cipit.



Vm vir gauissimus Antonius Rosellus utriusq; iuris splen=dor, quædam illustrissime prĩ=ceps, de ardenti aqua me con=suleret, idq; à me intelligere maxime cu peret, cum eius continuo usu delectare=tur si capitis tremorem in posterum alla tura esset, in quem opinione multorum se incidere verebatur. Ego quidem cum suæ beniuolentiæ plurimum astrictus es sem, auidus nimium honestam hanc pe=titionem persoluere, quædam pauca de ea colligere atq; aperire constitui, ut per gratum quicq; sibi facerem, quo mihi eti am satis fact foret. Verum cũ sic volu=mina quædam reuoluerem planeq; intel ligerem rem hanc maturius considerans de qua post tuæ valitudini uitæq; tuæ p=

rogationi ſic accedere poſſe, & his cum ſemper dies noctesq; peruigilem ſtatui hunc libellum ſic edere, & plurima laude atq; experientia digniſſima colligere, ut tuæ producendæ uitæ, nominisq; tui, quod nimis cupio per me ſic occaſio daretur. Verum optarem illuſtriſſime Princeps eam in me facultatem, eamq; de re doctrinam cognitam eſſe, qua integerrime tibi & mihi de hac ipſa re ſatiſfacere potuiſſē. Res quippe nō minus pergratiſſima tibi q; mihi fructuoſa erit. Nam cū tenuem eius agnitionem in me ſentiam, non eſt quin dealbeſcam illam ſic dignificatam inaniter aggredi. Eoq; vehemētius cum à Veteribus noſtris nihil ſcriptū autenticumq; comperiam, & in nouis Modernorum codicibus non niſi per pauca admodum perlegerim. Quamobrem admirari non debes, ſi rem mihi hanc grauem ad ſcribendum ſic coſtituo.

Admirari ſatis nequeo rem tantā Maiores noſtros latuiſſe, aut ſi eā calluerint ſuis codicibus non inſcripſiſſe. Verum cum

cum aliquando per libros Medicorum tum sententia, tum auctoritate dignorũ euagarẽ, ut de ea aliqua inuestigare atq; dignoscere possem. Post Thadei magni medici grauissima consilia de ea aliqua perlegi, quæ & audita & in libris Alchimistarum lecta, cũ laude digna sint, hoc meo opusculo inserere statui. Neq; arroganter à me scriptum esse credatur, cum tantam rem sic nesciolus aggressus fuerĩ, sed id à me actun esse, ut sic doctior euadam posteritatiq; proficiam, ac ut obseruantiæ tuæ, cui plurimum debeo, satisfaciam. Si ergo accurare minus q̃ res ipsa ex postulare uidetur, cõscipsero, Lectores æquo patiãtur animo, uelintq; magitudini rei non arrogantiæ meæ id ascribere. Nam eius magnitudinem, admirãdamq; ex cellentiam ex dicẽdis plane intelligent qui nedum uitæ aquam sed benedictam diuinamq; profecto prædicabunt. Non ita quispiam miretur, si inter Mortales apud eos maxime qui Septentrionalem plagam incolunt, tanta in ve-

nerattone digna habita est, sicq; eam tantum dilexerunt, quam cum gustaueris, eã in dies magis magisq; coles atq; magnifacies. Quã quidẽ ego in posterum diligere atq; esset colere, q; maxime constitui, eamq; in curis per me agendis diuno etiam auxilio ducere. Ea namq; medicinarum calidarum magistra ac parens prædicatur, sanitatis humanæ conseruatrix optima, ac deperditæ mirabiliter restauratiua, Et in eius prosequendas laudes non nulli tantum exarserunt, ut dicere nõ dubitauerint, ex eius usu hominẽ nũq; egritudinem habiturum a me sanari non possit. Voluntq; præterea ad conseruandam producendamq; uitam cõmoditatem auxiliumq; nõ puum afferre, ut ex eius usu uita quasi perpetuetur. O nimiũ admirãdam, venerandam, excolendãq; rem. Et quoniam videre videor quod tua nimis auida est expectatio, ut quid de ea sentiã, facili meo iudicio scribã tuæ satisfaciẽs voluntati, breuioribus quoad potero absoluere tentabo, eam tantummodo attingens

gens, quæ ad cõmunem hominum usum venire solita est. Neq; Raimundi uiri quippe diuini sententiam ac plurimorũ qui de ea ante scripserunt, persecutus ero qui aquam uitis essentiam quintam nempe uocari voluerũt, suis in actionibus eã cœlo comparantes.

Nam quemadmodum cœlum essentia quinta nuncupatũ, elemẽta, elemẽtata q; ipsa infra lunarẽ orbẽ sita recte disponit gubernat & a putrefactiõe suo diuino ĩfluxu obseruat, sic & vitis aqua q̃ in corpore humano microcosmo dicto mẽbra composita sunt, recte disponit ac conseruat ægritudines repellens & sanitatem inducens, ut ex eius moderato vsu mundum ipsum minorem ad eos trahat annos, quos sua increatione sumus ille rerũ Opifex sibi ut sua exiguit complexio donauit.

Et ne hoc in loco ab ea sic uacuus disce-
dam, cũ eius nomen maxima in uenerati
one habeam, id mirandum diuinum qꝫ se
cretũ tacitus nõ præteribo, quod hi & cla
rissimi viri suis inscripsere codicibus.
Arbitrati equidem sunt, ne absqꝫ ratio-
nali causo fundati, aquam ipsam essenti-
am quintam appellari debere, cũ suis in
effectibus quintæ veræ essentiæ sic agen
do assimiletur quos in vigore elemento-
rum, aut primarum qualitatum minime
producere videtur, quam rem declarãtes
aiunt. Non enim ut aqua agit cum ardeat
neqꝫ ut terra cum potẽter calefaciat, neqꝫ
aeri comparabitur, qui cito corrumpitur
& putrescit, & res occultas, cũ ad eum p-
ueniunt, alterat & putrefacit, ut in exitu
zirbi est uidere. Hæc autem non facile
putrescit, sed res ipsas à putrefactione de
fendit. De quo post igneam non esse sic
comprobant quoniam morbos curat ca-
lidos & exterminat, eosqꝫ euanescere fa-
cit, quibus inducunt in se temperamẽtũ
obtinere humanum, velintqꝫ sic unguen
to

to Thessali medici sibi diuinitus dato cõ
parare, quod in omnibus ægritudinibus
administrabat. Calidos enim frigefacie-
bat, & frigifacti eo calebãt. Sic enim nõ
elementari, sed cælesti uirtute dotata ope
reri aiunt. Dicuntq; super linguam posi
ta neq; humiditatem neq; caliditatem im
primere. Et in ore fragranti & inusitato
odore redolere. Nam humiditatẽ aqueã
& igneã caliditatem primas q; elementa
res operationes per circulatas sublimati
ones omnino deperdit. Per easdẽq; mul-
tiplicatas forma eius, nouã puram ac glo
rificatã siue cęlestem materiam induit.
Neque aqua omnis ardens eiusmodi est
dignitatis, sed quæ essentia quinta nũcu-
pari digna est, per multas ac plurimas cir
culatas sublimationes diuino esset influ
xu confecta. Cuius ortum, ac nimiũ stu-
pendam confectionẽ hoc suauissimo sig
no compræhendimus. Nam eum te sic il
lam confecisse putabis quibusdam in di
ebus cum luto sapiẽtiæ optime clausam
retinebis, & postea si apto foramine do-

mus tota redolebit, ita ut nulla mũdi fra-
grantia compari possit, ueluti nulla dul-
caeo ei quæ in spermatis emissiõe. Sicq̃
ab omnibus odor hic suauissimus iudica
tus quasi a sublimi gloria descendisse.
Nil veriare ad eam essentiam sic perue-
nisse ad aquam ut arbitror, nullus medi-
corum nostræ ætatis iam peruenit. Et hu
ius ignorantiam disgredienpo parump
aperiens id scribam, quod meo facili iu-
dicio verum esse putaui.

Ars enim hæc Alchimia nminata ve-
rissima est, cuius falsitas & ignorãtia sic
ad nos peruenit. Nam cum niuuium prę-
ciosa fuerit, homines sic ex ea ditaristu-
duerint, ad pessimũ auaritię genus se cõ-
uertent, alios docere noluerunt. Et qui-
bus notitia grandis & clara fuit quæ sci-
uerunt per terminos aliis incognitos in
scriptis reliquerunt. Tantumq̃ in arte
cum terminis incognitis processerunt,
ut sic res sua iam præciosa, atq̃ cara aua
ritia coinquinata nos sic lateat suis cum
cifris semper scribentes. Verum cum

hanc diuinã tamq̈ʒ secratam a me expect ari minime sentiam, ad ea q̃ de aqua ar- denti tantummodo dicẽda sunt me con uertam. Fecit namq̈ʒ uocabulum ipsum atq̈ʒ nomen, ut de ea quam conceperam plurima discurrerem.

Caput primum de esse ardentis Aquæ.



ET quoniã quid nominis doctrinæ unius cuiusq̈ʒ principiũ existit. Hinc ardentis aquæ descriptionẽ in primis aggrediamur.

Aqua ardẽs simplex quæ in usum medicinæ uenit est uini pars ignea siue spirituosa, quæ per unicam, siue per plures sublimationes ab eo egreditur in colore aquæ atq̈ʒ substantiæ ueniens.

Nomen autem aquæ a colore aquæ & substantia assumpsit. Et ardentis nomen ab effectu accepit, cum madefacta in ea pecia subaccenso igne ardere uideatur.

Simplicemq́ descripsimus, cum suo in loco de composita dicendum erit. Additumq́ est in vsum medicinæ, cum de ea & quinta essentia extat, nostro non conueniat negotio. Nam si eam magnopere cuperem, hoc tamen in loco silentio prætéribo. Est deinde nedum spirituosa vini pars sed vera eius anima appellanda, quæ trina sublimatione ab ea egreditur. Bina autem & quaterna maiorem & minorem sublimationem nobis designare sufficiat. Hæcq́ comunis est.

Verũ non nulli aiunt adusq́ septimã vel decimam sublimationem diuinã penitus egredi aquam, quam essentiam quĩtam uocant. Hocq́ per difficillimum facio, cum in fumum & in ita spirituosam ac facilem prius egredi arbitratus sim. Hancq́ si non deceptus fui calentẽ nimis non his conditionibus, ut actum, associatam gustaui. Est & aqua uitæ dicta quoniam in vita prorogationem q̃ maxime conferre sentiat. Sum etenim memor ei-

us uerbi quod ſepe hilari corde grauiſſimus ille vir ac in orbe ſua in ætate clariſſimus medicus Antonius dela Scarparia exclamãdo pronũtiabat, qui dum octuageſimum annũ duceret dictabat. O aqua vitæ per re iam mihi uita annis viginti duobus prorogata fuit.

Et iam noſtro in tempore extat eximius medicus Practicuſq; famoſus Iacobus Parmenſis anno iam nonageſimo ꝑximus, cuius vſu ſibi vitam in longum ꝑductam arbitratur.

Extant plurimi tales, qui & auctoritate & veritate digni ſunt, exemplo quorũ ad eam colendam bibendamq; ſibi eſſe ꝑſuaſerunt. Neq; hoc in loco tacitus præteribo illuſtrem Mantue primũ marchionem Ioannẽ franciſchum, in cuius uſu nimiaq; eius quantitate q̃ plurimũ delectabatur. Is cum frigidi ſthomachi eſſet, ventoſitate frigidiſq; humoribus non raro vexaretur, me audiente dicebat. Cum multiplicis ordinis medicamẽta in taliũ

remotionem tentasset, nullum quippe tam saluiferum tamq; subitum ut aquæ ardentis sumptio.

Eumq; admonuisse licebat illustrem Physicum suum Ioannem de Tolẽtino qui ut arbitrabatur longissimis sic ex eius usu se in annis superuixisse. Ego quidem eius usum ita frequentẽ tantaq; in quantitate minime laudabam propterea, quoniam frigidi & debilis stomachi erat Vsus namq; rerum nimium calidarum innatam caliditatẽ debilem resoluit, cũ eius humidum substantiale consumet, q̊ & ipsa pabulatur. Quamobrem ab eiusmodi calidis, frigidi debiles existentes plurima eorum quantitate abstineant. Eius enim cum tanta quantitate sic continuus usus illũ ad eum errorẽ perduxit ut sic debilitate stomachi aucta, omĩa nutrimenta in ventum cõuerterẽtur. Verũ ad hanc augendam sex non naturalium rerum inordinatũ regimen ut arbitror, q; plurimum ualuit. Sicq; ex ea sola causa eius usus clare redargui non potuit.

In quinquagesimo autem & quarto suæ ætatis anno mortem cum uita conmutauit. Aqua autem hæc apud Modernos q̃ Veteres laude digna magis facta est. Cuius dignitates suis dicemus ĩ locis quibus sic omissis ad instituta prosequamur

Aqua hæc ardens ex colore & instrumento nomen aquæ uitis sibi associauit. Ex colore ut actũ aqua dicit̃ Ab ĩstrumẽto uero antiquorm uitis dicto in modum uitis ĩtorte facta, aqua uitis appellata est. Non nulli autẽ cum instrumentũ hoc caput & caudã habere uideatur, sitq; ut serpens retortũ nomen ab ipso trahentes eã aquã serpentinam apellarũt. Hæc autẽ & si quintæ essentiæ in q̃ pluribus effectibus proprietatibusq; conuenire uideat̃ æque perfectos non tamen ut illa producit. Neq; in delẽdis ægritudinibus calidis uim tantam possidere sentitur. Nam elementarem naturam atq; igneam sapere experientia comperimus.

Qua ex re ut essentia quinta non est ve-neratione digna, volo enim hoc in loco tantum de esse ardentis aquę in præsenti-arum dictum.

Caput .II: de diuersis modis in cõ-positione ardentis aquę.

INgeniati sunt ꝗ plures in di-uersificando modum & instru menta compositionis ardentis aquæ, quorum ingenia hoc bre uioribus discutiam, ut nostro opusculo aliquid non minoris utilitatis ꝗ laudis accedat. Nam cum ita colere, illamq; tan tum mortales diligere sentiam, nil aut lõ gũ aut breue intexere tediosum esse pu-taui. Quamobrẽ eos quos noui modos conficiendi nouos, quos tibi pergratissi mos futuros facile ĩtelligo, inscribere nõ dubitaui, tum etiam ꝙ eoꝝ cognitio nõ parum nostro conferet negotio. Primus quidem & Antiquorum modus is est qui

vite plumbea aut ſtãgnea eius in cõefcti
one utitur, qui cum cæteris adintelligẽ-
dum perdifficillior ſit, illum paucis etiã
ſubiuncta figura ſatis aperte tibi reſera-
bo. Vas autem in quo uinum in primis
locatur cucurbita magna eſt & aenea in-
tus ſtagno ornata, in qua trina confixa
ſunt roſtra, quorum primũ parte in ſupe
riori locatur, per quod uinum imponitᵘ
Alterum ad medium cucurbitæ ſituatur
cui & vitis roſtrum coniungitur per q̃d
diſtillatur aqua. Reliquum in fundo va-
ſis ordinatur, per quod vtile remanẽs eij
ciatur. Quæ res ſic præcipue ordinatur,
cũ cucurbita fuerit cum fornace coniun
cta, quod ſi ab ea ſeparata erit, duo nobis
roſtra ſufficiẽt, primũ videlicet & ſecun-
dũ. Nãq; cucurbitã in fornace decẽter lo
cabimus, ut ſi roſtrum mediũ ſuper emi-
neat, cui tina adherebit ſiue ligneũ uas,
uitis quantitati ꝓportionatum, aqua fri-
gida plenum in quo uitis ipſa reſideat.
Cuius ſuperior extremitas cũ cucurbitę

roſtro medio ipſum penetrãdo contigu-
etur. Poſteaq́ꝫ ſapiẽtiæ luto optime ſigil
letur, inde fumus ſiue uini ſpiritus egre
diatur. Reliqua uero uitis extremitas in-
ferior in orificium recipientis uaſis pene
trando ingrediatur. Hæc ut actum luto
eodem cõglutinetur. Sit itaq́ꝫ ignis lẽtus
clarus, ſuauis de quo poſt. Is eſt Antiquo
rum modus & ad uſq́ꝫ noſtram ſeruatus
ætatem. Et ne inſtrumentũ feruore aquę
deſtruatur & vaporũ eleuatio, ne reſolu
tio fiat. opus eſt quaſi cõtinuo tinę aquã
innouare, & ne ebuliat defendere. Qua-
propter qui ardentẽ aquã magna in quã-
titate conficiũt, currentis aquę loca quę-
runt, cum eius frigiditas nõ nocere, verũ
ad eius perfectionem uideatur accedere.
Nam antipariſtaſi uini ſpiritus ſic forti-
ficantur, & eorum reſolutio prohibetur
Et ut q̃ ſcripta ſunt planius intelligãtur,
hic in plano uaſa ipſa configurabuntur,
quoꝝ cõpoſitio ac coniunctio facile cõ-
prꝫhendet. Plures autẽ ex Modernis alc
himizan

himizantes cum ardentis aquę excellen
tiam excolendamq̃ dignitatem plane in
telligerẽt non curam non minoremq̃ di
ligentiam ac ſtudium in eius cõfectionẽ
q̃ Antiqui hẽre uiſi ſunt. Eius fabricati-
onem in uaſe uitreo laudãtes magis, qui
ſibi rotundam fornacem ſtatuũt duobus
dũtaxat digitis fundo a terra eleuato, in
quo foramina quĩq; componunt, ut ſic p
illa ãer ingredi poſſit. Indeq; ignis meli-
us euentari, qua ex re ut continuo euen-
tetur, flabello nõ opus eſt. Parteq; in ſup
iori in uno quoq; eius angulorꝫ quattu-
or cõponunt, ut per ea & fumus & ignis
ſic decenſius exhalare poſſint. Habent
dinde tegulam quam dicta in fornace re
ponunt. Cuius fundus aduſq; duorum
digitorum altitudinem cineribus tegit.
Botiaq; duobus eſt digitis ipſa regula la
tior. Et locus ille ſic uacuus remanẽs bo
ciã circuẽs aduſq; medietatẽ eius & pau
lulum ultra cineribus repletur.

Quibus peractis adusq; uasis medietatē vino repleatur & aliquantulum infra ut locus amplior uaporibus det. Et postea capellum superimponatur luto sapiētiæ aut farina & albumine oui papyroq; humida diligentissime carminata confecto aut ex calce uiua albumine oui, vel quo modo libet pręparato undiq; ex īdustria obturatū, ne inde aliqua īteruenìat respiratio. Cui quidem rei semper intenti sint Caputq; deinde siue capelli rostrum cum recipientis rostro, eodem cum luto optime conglutinentur. Fiatq; deinde suauis ignis & clarus, ut actum. Sicq; egrediet̃ aqua. Neq; prætermitendū quin frequenter capellum peciis in aqua frigida prius infusis inuoluat̃, ne nimia caliditate cesset actio. Aqua enim sic sua frigiditate causa est, ut vini vapores in aquā cōuertantur, & ne eorꝝ solutio fiat. Ii etenim modi duo nostra etiam seruantur ætate. Eorum bonitatē & excellētia ut Principum moris est nimia te fortassis cum aui

ditate expectare ſentio, ut quæ eligibili
or ſit, quæue ad humane uitæ rõem ma-
gis accedere a me iudicetur. Rem quippe
humeris meis grauẽ aſſumere ſentio cũ
ex utraq; parte rationes non deſint. Ve-
rum tanta eſt tua in me obſeruãtia ut nil
mihi tam graue durũ aſperũq; ſit, qui lu-
bens faciam. Quamobrem ad id aperien
dum, ut facultas mea patietur pace Anti
quorum me cõuertam, quod facile meo
iuditio verum eſſe puto. Et ut res nobis
planior fiet, cuius diſceptationem nullo
in libro hactenus perlegi, rẽ ipſam in cõ-
trouerſiam aperire tentabo. Habet Anti
quorꝫ modus qui ꝓfecto maxima in ue-
neratione a nobis habendi ſunt, quorum
ſtudiis plurima nobis reſerata fuerunt, ꝓ
ſe probabilem rationem hanc.

Quãto aqua hæc temperamẽto huma
no quintæq; eſſentiæ propinquior, tanto
eligibilior habenda eſt. Sed quæ ex uite
exit huiſmodi eſt. Itaq; eligibilior, digni
orq; dicetur. Hæc autẽ ꝑ tot circulatiões

plures q́ multo ea quæ ex uitro exit de natura elemẽtari deſerere celeſti q́ ſic magis appinquare uidetur, cum ſic circulando continue ſubtiliter magis. Aiunt enī Philoſophi ſic p circulatas diſtillatiões multiplicataſq́ quintam fieri eſſentiam. Potentiorem q́ affirmãt cũ uini ſpiritus ſic uniti magis tranſeant ob contrarietatis continuam pſiſtentiam, ſicq́ penetrabilior ac ſuis in effectibus potentior. Aduerſantur autem Moderni arbitrãtes tot circuitões ad eius debilitatem accedere, cum ſic denſam ſubſtãtiam ſpiritus tam longa & in uia plurimum derelinquant Rei etenī potẽtia multitudinẽ formę fortior fit. Addũt q́ præterea continua ex aquæ frigidæ perſiſtentia debilitari magis, cũ contrariũ forte ſui aduerſantis potentiã minuat, & debile forte faciat, ut in fabrorꝫ actionibus indies concernimus. Cum etenim fornacis ignẽ vigorarī curãt aqua frigida ipſum leuiter aſpergunt. Cum vero extinguere tentant plurimam
ſup

ſuper infundunt. Neq; heſitabo cum ad ſalutem grandem accedat hoc loco cõme morare Principis noſtri verbũ, & in dictorũ robur, inquit de cura peſtis. Et aqua plurima frigida ſubito eſt iuuatiua ualde. Pauca aũt conſequẽter ita excitat caliditatem. Quare præſtantior que a lẽbico conficitur, cum non tanta nonq; ita continua infrigidatio fiat.
Eſtq; ignea magis cum maiorem caliditatis intenſionem ab intenſiori igne ſuſcipiat. Aqua enim uitis intenſioris ignis negotio eget, & ſubtilius conſiderãtes illam deteſtantur malas qualitates occultã & manifeſtam ab inſtrumento recipientem, cum plumbi fumus cerebrũ ac ſpiritualia ledat. Sitq; epilepſię uertiginis, aduſti præcipue facturus.
Qua ex re Princeps. Et timiat̃ eius odor apud aduſtionẽ, & eius limaturã inter uenena annumerat. Amplius cũ frigide ſit & humidę naturę, ſic aquã ardẽtẽ calidã & ſiccã ſua ĩcõplexiõe denigrat̃ iudicat̃.

Vitrum aũt non ſic ledere, ſed auxilium ſua cõplexione præſtare uidetur, cui ſic-cæ ac calidæ naturæ ſit, corporiq; huma-no non diſportionatũ nõ ledens, ſed in-quampluribus ſuis uirtutibus adiuuans, qua ex re Modernorum modus eligibi-lior. Et ſi probabiles rationes uterq; ut ponderoſa ac difficilis ſit futura ſentẽ tia. Hũc tamen vltimum, ut Antiquorũ pace ſemper dixerim mihi eligibiliorem facio, cũ non parum uerear plumbi qua-litates. Neq; ſic Antiquos redarguere præſumo, quos & fortiores rões nõ latu-ere. Sed in his quorũ experientia ſenten-tiam non ducit in medium in quibus ꝓba biles rationes adduci coſueuerunt, opi-niones diuerſas generari ſepe ſolet. Nã & ob eã rem Medici ad inuicem ſunt nõ raro litigantes. Nam ſi aliis modis opera tam nos habere cõtingeret, de quibus ſta tim nil ſupra iudicarem. Verũ anteq; ad eos proſequar hic in plano fornacẽ ſuo cum alembico deſignabo.

Et plurimi magis Alchimizantes ut om-

ni in arte negociatiua fieri cõpræhendi-
mus botiã infimo putrido equino se pe-
liũt, quem nomina artis occultantes uen
trem equi nominant capellum aeri expo
situm relinquẽtes, ut aeris frigiditate ui-
ni vapores ingrossentur, sicq; in aquã cõ
uertãtur, ut in thermis uidemus, cũ aquæ
vapores ad lapideum tectum perueniũt.
Hãcq; cæteris præstantiorem esse aiunt,
cum calore uiuificatiuo atq; complexiõi
humanæ proximiori cõfici uideatur.
Neq; hanc quadam denigratione uaca-
re puto cum inomni artis negotio id acci
dere soleat, ut alter altero doctiorem sese
facere studeat, nouus alius surrexit mo-
dus, quo extimatur sic quintam fieri pos
se essentiam. Botiam autem cum capello
fortibus radiis solaribus exponere inge-
niantur ut inde sic aqua fiat, quẽadmodũ
ex rosis aliisq; herbis in dies fieri vide-
mus. Possibilitatemq; rei declarantes cũ
elementare corpus radiis solaribus ĩ spe-
culo concauo cõiunctis igneatur, quo fit

ut aiunt multiplicatis sic distillationi-
bus, inde essentia quinta exeat humani
corporis uiuicatiua.
Hanc quidem diuinã & cœlestem philo
sophantes apellant, quoniam diuino ca-
lore ac celesti confecta sit. Id tamen ꝑ dif
ficillimum apud nos esse arbitror. Neq̃
uno in anno plures distillatiões fieri pos
se. Verꝝ apud Orientales id fieri non im
possibile est. Quod si tali quispiam usus
esset, dicere non expauesco in uitæ con-
seruatione q̃ plurimum conferre. Non
nulli ad balneum duplici in vase confici
unt, quam quidem efficatiorem potenti-
oremq̃ esse arbitror cũ aliis in aquis ex-
perientia sentiamus efficatiores potenti
oresq̃ esse, quæ in balneo sic conficiunt
his quę in fornace distillantur. Nam per
balneum subtilium partiũ & ãerearꝝ re-
solutio prohibetur, fumoq̃ ac malo odr̃
carent. Surrexerunt quidam magis atq̃
magis in arte doctiores qui nouo & inu-
sitato modo ad candelam igne perpetuo
eam

eam sic distillãdo conficiunt, quibus ui-
sum est mitiori caloreac humanę cõple-
xioni propriori sic confici posse. Is autẽ
modus solum in arte doctis cognitus est
quem comparem facio ei, quẽ ex sole lau
dauimus. Quibus facile comprehendi
potest, ꝙ mitis acerba quamq; suauior fi
eri poterit.

Caput .iii. de Materia ardentis aquæ

ET quoniã modis his a me pluſ-
ꝙ satisfactum esse ĩtelligo, dig
num arbitratus sum ea aperire.
q̃ in eius congrua factiõe scitu
sunt necessaria.
Et ut processus noster Physicus ac ratio
nalis existat ab eius materia exordiũ su-
mam, quę veluti singulare ac prætiosum
elementum quęrenda est. Omnis namq;
forma in actionibus naturalibus materi-
am præsupponit, non autem creatio.

Cum itaque natuarles ſimus, deq; natura li actione agendum, materiam ipſam ue- nari primitus inſtitui.

Vinum igitur ex quo aqua ardens cō- fici debet dotibus his ornatum eſſe opor tet. Vt q; purum, uetus, nō maiori q̄ an nali uetuſtate. Qđ non nulli nouū apel- lant annoſi & medii comparatione, de q̄ poſt potens odoriferꝫ ſuaue, guſtu q; de- lectabile. Aqua enim ardēs ut actum ſpi- ritus ſiue uini anima eſt; Anima quidem uitiato corpore uitiatur. Eo q; per maxi- me cū pars corporis & ſi nobilior extet. Ideo aquæ mixtio uini ſpiritum ſiue ani mā uitiat & extinguit. Quo fitut ex im puro confecta in expectatas non exeat o perationes. Annale quidē ut purius cla- rius potentiuſq; reddatur. Potens quidē ut potentiores digniores q; deinde effect us proueniant. quibus inducitur, ut cæte rorum paritate ſeruata nigrum albo eli- gibilius ſit, cum denſioris, ſit ſubſtantię pluriq; forma abundet, cuius multitudīe

po

potentia augetur. Nigrum autẽ abundã-
tiorem emittit materiam ualidiorẽq; sub
stantiam, & si fortasse non tam penetra-
tiuam. Qua ex re uinum nostra in regio-
ne Marzeminum dictum hac in re duxi
conuenientissimum. Clarum esse opor-
tet ut quãtum possibile est à terrestri ma-
teria elongetur. odoriferũq; eligaẽ, cum
odor ipse suauis spiritus humani naturę
conueniat, uitalem præcipue uirtutẽ hu-
manarũ uirtutum omnium robur ac parẽ
tem quàm maxime colendam. Nam ut in ho-
ras uidemus suauissimis odoribus ani-
malis uirtus uitalisq; suscitaẽ. Quid igi-
tur iudicandum est cum fetido ac putri-
do uino ipsa cõficiatur aqua. Et si ex sub
limatione rectificari uideatur. Nam hoc
in loco mihi in testimoniũ adducã illud
gramaticorum uerbum. Omne deriuati
uum sui primitiui naturam sapere. Et sit
gustu delectabile ac suaue, cum ex hoc a-
propinquare magis temperamento uide
atur humano. Gustus enĩ quidã tactus ẽ.

Tactus vero bonitatē temperamēti enun tiat. Sic facile ītelligi poteſt quantā uim habeat acetoſum ac malo ſapore infectū

Heſitabis fortaſſe ſi dulce eligibilius erit, neq; hæc facilis eſt diſſolutio cū in ea ſapientes diſcordes inueniam. Diſcor dia namq; ſapientum in re difficultatem arguit. Ego quidē ſentētiam meam pace aliroum paucis perſoluam, ne multitudi ne uerborum te tedio afficiam. Nam cū ſapor dulcis naturæ humanæ magis ami cari videatur, propter quod Princeps. Stomachus bene diſpoſitus non eligit ſa porem ſupra dulcem. Exiſtimo dulce cæ teris cum conditionibus eligibilius eſſe. Quod ſi obiiciatꝛ terreſtrius eſſe, ſicq; a ſpirituali natura elongatū magis. Fate or, Sed ad conuenientem ſpiritum redu- ci in uirtute ignis, dicendū. Eritq; aqua mitior, & noſtræ naturæ amicabilior. Nam in ea moderatio q̄ plurimum cele- brāda eſt. Quibus omnibus inducatꝛ Cre tenſe vinum de Tyro, Maluaticū, Ribo

teum Græcum, Vernatinũ, de quo post Romanitium vniuersaliterq; omne tale conditionibus de operibus actũ est asso-ciatum in aqua ardentis factiõem q̃ op-time ualere. Quibus facile comprehendi potest ut cur ignominia aquæ ardenti a-scripta est, cum sic in sibi attributos effe-ctus nõ perueniat, materiæ quidem imp perandũ est magis, atq; etiam magis vr-bium Censoribus ciuium suorũ salubri-tatem negligẽtes proprio immersi nego-cio, qui intanta diuinaq; re diligentiam non adhibent audientes publice enunti-atum, ex uinis putridis aquosis ab Ope-ratoribus ipsam cõfici. Arbitror ex Ver natino Ianuensi, cui magna spiritus copi a non dest ardentem aquam præstantissi mam fieri posse. Ex vinis quoq; Grope-lisquorum ætas primum non transcen-derint annum,

Exq; Vultrinaceis, que annositate in-decentiora fieri videntur.

Et eius dignitatem amplissimam aperiemus cum de ea composita à nobis sermo erit. Quo in loco potentia dignitas ardentis aquæ, cæteraq; experimẽto probata de ea dicentur.

Caput .iiii. de quantitate extrahenda.

ET cum satis de materia actum esse putem, ex postea agendum est quanta ex materia quantitas extrahi debet. Impleto itaq; adusq; medium uase ipso de tribus ptibus, altera extrahi habet. Hicq; consyderandum est, quid de duabus aliis agendum sit: Propterea aduertatur qđ nõ nulli partem illius prime uenientis aquæ eamq; inutilẽ uaporosam & aqueam spernunt. Quorũ error ex dicendis apparebit, & tertiam ex intromisso recipiunt, quã tertiam denuo & secundo in uase ad distilandum & primam sic recundunt. Ex eaq; ut prius tertia pars extrahitur. Similiq; modo tertio operantẽ

operantur loco. Quod si ad quartam sub limationem peruentũ sit, nihil quasi ex ipsa minuitur materia. Hæc itaq; ardẽtis aquæ multiplex operatio esse debet.
Tu itaq; consydera quæ qualisq; sit aqua ardens miserulis personis in plateis uendita. Aiunt & plures vulgaribus Operatoribus doctiores ardentem aquam perfectam esse, quando ex decem una extrahitur mensura. Hocq; prima sui in operatione. Nam cũ ardentis aquæ noticia me plurimũ delectet & alios doctiores semper reddere mihi cura sit, aliquos etiã gratos modos de quantitate extrahenda describã. Primum itaq; statuendũ est quod si ex vino multũ potenti cõficiatur, quintam eius quod in uase locatũ fuerit ea ex operatione, exire comperietur. Ideoq; uini potentia ac debilitas consideretˀ. Qd' si secundo distillata fuerit medietas eius quod per prius distillatũ fuit in uase sic reconditum egredietur. Siq; ad tertiam perueneris operationem ex quinq; parti

bus quattuor remanebunt. Et si ad quar-
tam transibimus nil aut nil quasi dimi-
nutum ab eo quod in tertia reconditũ fu
erit inuenietur. Nonnulli vero medieta
tẽ reconditi prima extrahunt in operati-
one. In secunda septem de partibus decẽ.
Tertio vero cũ operatur de septem quin
q; partes colligunt. Et cõmuni nomine
eam aquam perfectã nominant, q̃ ex ter-
tia prouenit distillatione. Verũ perfecti
orem scribunt cum septem vicibus distil
lata erit, decimã semper tantũmodo col-
ligendo, perfectissimam vero cum ad ui-
ces decem sic distillando peruentũ fuerit
Ex hac essentiã quintã fieri aiũt, de qua
actum est in initio, hi enim sunt viri qui
sic circulando essentiam quintam uenãt
Inoleuit tamen cõmunis operatorꝝ usus
& trina distillatiõe cõtentus sit, aut quia
ita laborioso negocio fastidiat, aut quo-
niam lucro magis intentus sit. Ego qui-
dem cum ardentis aquæ effectus mature
sum contẽplatus, quosdã ad uitæ nostræ
pro

prolongationem obseruationemq́ plurimũ accedere nonnullos ad ægritudines remouendas potenter ualere, fuerimq́ sic in distillationibus obuersatus.
Id plane sentiebam in his uariis cõplendis, uarios extrahendi modos obseruari oportere per pautiores ita circulationes eam duci, quæ ad vitæ cõmoditatem accessura erat, ut de vino potenti ut maluatico secunda sufficeret circulatio, si prime in distillatione medietas egredietur, eiusq́ secundo pars tertia. Verum in remouendis ægritudinibus ad tertiam per transeundum est, & de tertia tertiam colligendo. Studium nanq́ duxi esse in cõseruationem suæ humiditatis, qua spiritibus fit proximior, quam quidem tot ex distillatiõibus deperdit, & gustui suauior, in caliditate remissior, sicq́ naturæ fit amicabilior, poteritq́ sic dosis augeri & efficatior fiet, cum potentia rei penes multitudinem formæ attendi habeat.

His itaq; plane haberi poteſt quantã vi una altera maiorẽ habeat. Et quæ in pla-teis lucri cauſa venditur ueniẽs in diſtil-latione. Et quæ colẽda quæue negligẽda ſit intellige. Quod ſi alchimia hæc quempiam delectauerint, principia habet, qui-bus hac in arte doctior fieri poterit. Vo-lo autem ut hæc de quantitate extrahen-da in præſentiarum nobis ſufficiant.

Caput .v. de vaſis & eorum materia.



Amnauimus vitẽ plumbeam, cũ qualitate aut manifeſta, aut occulta ardentem aquam lędere arbitretur. Neq; minerale aliud ĩſalubrem eius factionem præter aurũ aut vitrum accedere poſſe exiſtimatur, Horũ autẽ vnum quodq; ſuæ complexioni cõmoditatẽ afferre ſentitur, cum aurũ æquale ſit animę humanę ac corpori plurimas ac glorioſas afferens vtilitates.
Vitrum vero in cõplexione calidum eſt

& ſiccum, quo ſibi ſimili cõgaudet, necq;
ad corpus humanũ paucas ꝓprietates ha
bet, argentum autẽ hic obmittimus cum
frigidæ cõplexionis exiſtat. Sicq; & ter-
reũ vas, quod ĩutile dicimus. Vaſa aũt au
rea magiſtratibus omittamus, quorũ cõ-
poſitionem ex dicendis uitreis facile in-
telliges. Eliganter itaq; uaſa uitrea, quæ
ut ignem potenter ſubſtineant, groſſa no
tabiliter eſſe debent, ex uitro albo, quoni
am eligibilius eſt viridi aut citrino. Sitq;
ĩ fornace diu coctũ cum ex diuturnitate
decoctiõis & claritatem & denſitatẽ prę
ſtantiorem cõſequatur. Et citrinũ uiri-
di eligibilius, quæ groſſities permaxime
in botia intelligatur. Capellum autẽ am
plum ſit & decenter groſſum. Ad multi-
plicationẽ autem aquæ eius amplitudo
cõferre videtur, quoniam plurimi in quã
titate vapores ſic ad eum uenientes frigi
ditate peciarum ut actum, quo adiuuan-
te in aquam ipſam cõuertuntur. Collum
autem botiæ ꝙ plures longum facere in-

geniati ſunt ſic opinantes, ut vnica ex di ſtillatione perfecta aqua haberi poſſit, & longius breuiori decentius eſſe. Quam obrem ſocius noſter bociam in plano do mus ſituabat, & capellum in ſolario.
Ego quidē arbitror multiplicatā diſtil= lationem magis cōferre. Et ſic eam quin tæ eſſentiæ appropinquare magis, cū ex multiplicatione diſtillationis ſic conti= nue ſubtiliter magis & naturam elemen tarem magis deſerat, ſitq́; ſua in cōplexi= one mitior, cum rarior inde reddatur.
Vituperanda admodum eſt, quæ plateis venditur plumbea atq́; plumbeo capello confecta.

Caput. vi. de igne faciendo.



Onis autem & ex electis lignis ignē fieri congruit ne ſpiritus vini à lignis ipſis aliqualē ſuſci piat alterationem, itaq́; nō ual= loſa, non putrida, aut corrupta ſint, non humida, non vmbroſa, ſed radiis ſolari= bus

bus exiccata. Sic ſicca ut minor q̃ poſſi-
bile ſit inde fumus egrediatur. Ea nanq̃
eligamus odore ſuaui à natura dignifica
ta, ut iunipina, cupreſſina, laurina & hu-
iuſcemodi cum potiundi facultas dabit.

Laudamus & ſalicina ſicca, ſicco loco
nata, quorum ſuauiorem fãcimus ignem
atq̃ meliorem. Quercina autẽ ſicca nõ
aſpernãda ſunt. Verum cũ denſiori ſint
ſubſtantia ignem accẽdunt fortiorem.
Carbonũ vero ignem non conmendo cũ
à fumo pernitioſo non abſoluatur, quo
nunc epilepſiam, ſcotomiam, vertiginẽ,
quandoq̃ apoplexiam generet, faciatq̃
mirum in modum ſpiritus animales ſil-
ueſtres eſſe. Sit autem ſuauis, clarus non
fumo aſſotiatus, ut actum. Sunt nõ nulli
ex fimo equi putrido & viua calce cõmix
ta cũ aſperſiõe aquæ ĩ fouea ſic ignẽ faciẽ
tes. Cæteriq̃ cũ cãdelis, quę certe cęteris
meliores exiſtũt, qui lignis ĩ eius factiõe
nõ operãt. In huius aũt factiõe diuerſi di
uerſos modos hẽnt, quibus de cognitiõe
artis parua ẽ notitia.

Qui uero de conficiẽdo uitro agnitionẽ pfectã habent, eodẽ igne operẽtur. Sicq; in cęteris alchimiæ effectibus esse debere putabis. Neq; tãta diuersitas surrexit ni quod magna ignorantia abundauit. Sed ad reliqua me conuerto.

Caput.vii. de signis demonstratiuis perfectionis & complementi eius.



Vm autem sic nostra operatio consũmata erit, consequens est ut aliquo cum signo eius complementum perfectionemq; declaremus. Duo equidem signa de bonitate, ac eius cõplemẽto colligãtur. Primũ enim est cum linius pannus siue charta ĩ ea ĩfusus à flãma ignis illi appropiquata subcẽditur. Quæ si secundo ei approximabit, cõburet, quia aquam euanuisse demonstrabit. Hanc cõpletam perfectãq; esse dicimus. Sicq; sic appximata flãmæ tantummodo succendetur, non combure

tur quæ incompletã imperfectamq; teneamus. Alterum quoniam super linguam posita si fortis erit ut ignis aut acuta flãma non lędens iudicatur cito transiens, debilis uero nonledet.
Tertium quidẽ suis ex effectibus, de quibus statim egredietur, cuius experientia nos doctiores reddet. Quartũ cum oleum supernatauerit de quo post. Quintũ cum ĩ fundo cyathti posita fuerit, eiusq; fundum sic accensa siccum reliquirit. Et super uolam posita & accensa sine lęsione euanescit, ut bõbardarum puluis. Et quidam eam significãtes magis cum optima fuerit, aiunt superimposita tabulæ, & accensa tabulam cõburit. Verum non est sententia hæc colenda, quoniam quãto dignior & essentiæ quintæ propĩquior, tanto ab elementari potentia remotior, & subtiliata magis atq; rarior facta minus imprimit.
Caput .viii. de ꝓprietatibus simplicis ardentis aquæ.

DIgnificatam quidē apud Mortales, magna etiam cū laude ardētem aquam īuenio, cum suis in effectibus ueluti diuina in dies uideat Carnes quidem cito corruptibiles cæteraqꝫ talia in ea locata a putrefactione omnino defendit. Et cadauer ex ea linitū a putrefactione præseruat, quam nō nulli secundū balsamum nominarūt. Et curiosi quidam sic fructus putrescibiles in ea adusqꝫ inusitatum tempus illęsos conseruant, quibus non idem remanet sapor corruptam rem reparat, putrefactionēqꝫ ex ea tollit, & illęsam reseruat. Nam ex ea corruptum vinum reparatur, si in cado Ferrariensi duæ infundantur vntiæ, quo fit ad suum saporem colorem redeat. Cuius rei cognitione non nulli ditati sunt. Nam ardentia, corrupta uina præciosaqꝫ huius beneficio per eos conciliata fuerunt. Mustum & vina turbida iniecta calida potenter clarificat, venenū destruit, & contra elementarem aquæ naturam sub

ſubcenditur. Oleoq; ut actum ſuper eminet, dum eo cõmiſcetur. Ouumq; in ea infuſum coagulat, & carnes decoquit, præcipue quæ potens eſt, & quod admiratione dignum eſt, rerum ſaporem in ea infuſarum tribus in horis aut quattuor ad ſe extrahit præter zuccari dulcedinem, quod in ea non diſſoluitur. Nam ſi in ea garyopholus eo protempore infuſus ſteterit, ſi deinde aquam guſtabis, te garyophylum ſentire iudicabis. Si garyophylum lignum eſſe dices. Quæ res in uiola cæteriſq; floribus pluribus non inuenitur dubium philoſophis relinquendum. Aiunt & venenum exterminare, quæ res in venenis frigidis ut opiũ, iuſquiamus mãdragora, & eiuſmodi audienda eſt, cũ cor ſic læſum uiuificet, & ſuis in qualitatibus his recte exponatur. Habetq; non paucas proprietates alias, quibus in ſalubritatem humani corporis quã maxime accedere videtur. De quibus a me quodam certo cum ordine agendum erit.

Caput nonum de iuuamẽtis & bonitate ſimplicis ardentis aqnæ.



Onitatem & iuuamẽta ardentis aquæ narraturus ea certis cũ aureolis tibi apẽrire conſtitui, ut ſic quæ tibi grata ſunt faciliꝰ us memoriæ commendentur. Ordo quidem ad memoriã ꝙ maxime facit. Dicamus itaqꝫ principem ſequentes. Aqua ardens uini ſpiritus eſt & anima ut actum.

Electio.

Eligatur qꝫ ex vino nigro dulci, non veteri claro & huiuſmodi, de quibus actum, in uaſe aureo aut vitreo confecta. Præcipue cum vitæ cõſeruationem, aut porlõgationem quærimus, ſecus cum in expellendis ægritudinibus ea uti uolumus. Nam potentiora vina eo pro tẽpore con uenientiora.

Natura.

Calida eſt & ſicca, non tamen ab humiditate äerea & celeſti abſoluta, cum caloris na-

naturalis per ſe ac per accidēs ſit confortatiua, complexio quidem accidētalis eius quia elemētaris, cœleſtem in denominatione uincit, quæ cū ſic calida ſit & humida, ſicca imo calida denominatur. Et cœleſtis caliditas & humiditas, ut arbitrat, primū gradū nō multū excedere uidet. Et ex uino potēti uteri & huius secūdū accidētalē complexionē ad quartum peruenit gradum cum naturā ignis ſapere videatur. Quoniā ſi tanta caliditas in ſubſtantia denſa creata foret, non minus pipere calefaceret. Verum & ſi tantæ ſit intentionis, nō tamen tantæ potentiæ exiſtit. Nam tolerabilis eſt eius læſio, & cito tranſiens, quæ ex elementari prouenit cœleſti remanente, de quo in fine capituli. Hæc autem ſuis in qualitatibus moderatur uini potentia aut debilitate, & artificio & vini nouitate. Quibus īducatur cum ad tantum gradū perueniat, eius doſim à doſi magnarum medicinarum non multum eleuari debere.

Deteſtandus itaq; erit ad untias tres immoderatus vſus. Nam vidi virum qui ex ea vntias quattuor ſine læſione ſumebat Id tamē arbitror doſim ſic deſignari poſſe a dragma vna ad ſummū uſq; ad vntiā Medium q; uariare opus eſt corporū uarietate petente. Acciditq; ad eius augendam doſim, aut minuēdā aër, regio, ætas tempus anni, & ſimilia, Neq; hoc loco præteribo Siminianum tuum a vaginis nuncupatum, qui eodem in die plures ad uſq; vntias duas & dimidiā & quandoq; ad vntias tres de ea aſſumit, qui ſic iā multis annis uſus eſt. Ex vſu q; tali ſe cotinuo ſanum ſuperuixiſſe prædicat. Neq; altera uſus eſt medicina, ut arbitretur iā triginta annis, eius beneficio vitam ſibi productam fuiſſe.

Operationes. Eſt calefactiua exiccatiua, maiorq; eſt ſua ſiccitate calefactio, ac humiditate ſiccitas, de quo poſt. Qua ex re in ægritudinibus calidis magnum non videtur afferre iuuamentum.

Magis

Magis autem in ægritudinibus frigidis phlegmaticisq́ꝫ p maxime miꝵ in modũ conferre experimur. Eſt ſubtiliatiua, reſolutiua, ventoſitatum carminatiua, oppitulationum apitiua. Quamobrem exercitio carẽtes ut præſbiteri religioſi, & quibus literaum eſt ſtudium, curiales cæteriq́ꝫ tales, quoꝵ uirtutes nõ confortantur naturales. Et ſupfluitates multiplicatæ nõ reſoluũtur. Ea inter cæteros mortales uti habent, illamq́ꝫ cum magna ueneratione colere. Eſtq́ꝫ caloris naturalis cõſeruatiua naturali ſua caliditate & humiditate, ſpiritum augumentatiua uiuificatiuaq́ꝫ, quas obr es in prolongatiõem uitæ mirifice accedit.

Decoratio.

Vſus eius quotidianus ad dragmam unam cum vntiis tribus vini electi odoriferi, ut aiunt canos ſuo in aduentu retardat, iuuentutem ſic conſeruat, tineam capitis ulcera, ſcabiemq́ꝫ omnem tollit,

ſic mane & ſero lauetur ex ea præcipue ſi cum ſandaraca gũmata fuerit. Lentigines cũ ſanguine ueſpertilionis linita delet. Et cum tartaro & ſucco fumi terræ faciei puſtulas.

Caput

Sodam antiquam aufert, cum de materia frigida ſit caputpurgio ex ea facto. Epilepticis opitulatur, & apoleticis ſuccurrit, ſi potat̃ præſertim in aqua in qua diamuſcus fuerit infuſus, ſiq; ex ea lauetur caput, ſi odoratur, ſi caputpurgium ex ea fiat. Et indies occipitio loto aut ex ea madefacto memoriam auget ac conſeruat. Hiſq; præcipue quibus locus ille humiditate ſuperflua læditur. Catharrũ frigidũ & humidũ vſus lotõis eius extermi nat, & cũ petiis in ea infuſis torturæ paralyſiq; iuuamẽtũ affert. Fortaſſis obiiciet̃ cũ tremor parua ſit ac diminuta paralyſis ſitq; tremoris factiua, ut aiunt & quomodo paralyſi ſic conferre videbitur. Exiſtimandum quidẽ id contingere, dũ

intra aſſumitur. Opinantur autem non nulli uſum eius tremorẽ adgenerare. Nã cum nimium ſubtilis ſit ſubſtantiæ pene tratiuaq́ nimis atq́ non nimis vaporatiua, accidit eam ſic actuatam cerebrũ origineſq́ neruorum penetrare. Qua ex re cum ex ſtomacho uapores phlegmaticos plurimos ſecũ conducat, ſicq́ eos in origines neruorum penetrare facit, quare ex eis ſic leuis opitulatio fit tremoris cauſatiua. Dubium autem hoc cũ ampliori perſcrutatione egeat, quo multi vexãtur, in poſtremis aperietur. Confert & ſpaſmo humido, ſquaſmoſumq́ caput liberat, cũ ex ea ſanguine leporis mixta roratur, & odore ſuo frigido ſuccurrit cerebro. Paſſionibus eius frigidis ac humidis magiſtraliter applicata ſuccurrit.

Aures

Contra ſurditatem ſuis cũ canonibus iniecta tinnitum tollit ac ſibilum.

Naſus

Coryſam fugat ac humiditates per nares

uenientes exiccat. Et oppilationem in eis factam aufert.

Os.

Paralysi linguæ subuenit. Petia in ea infusa, linguęq; superposita, dolori dentiũ ex causa frigida succurrit, eorum corruptionem tollit. Gingiuas corruptas et putridas emendat. Lęsis labiis ex uentositate aut ex frigiditate subuenit.

Oculi.

Contra oculorum ægritudines frigidas exterius linita, bibita aut iposita, uisum conseruat, eoq; præcipue cum eius debilitas stomachi uitio uenerit exterius linita, aut intus bis in die posita, lachrymas mirabiliter compescit ac exiccat. Quod id fiat, aqua rosata aut antimonio moderata, laudabilius censeo, non fueritq; lachryma calida, neq; in principio currẽs, neq; per interiora uasa ueniens. Quamobrem peritos semper in arte consulas. & sic administrata oculorum caliginem anullat, corrodit ungulã. Visum ex causa frigida

ſa frigida, debilitatum fortificat.

Pectus.

Vocem ex cauſa frigida deperditam reſtaurat, anhelitum ut actum uſa fetidum remouet. Id cũ præcipue ſtomachi uitio uenerit. Aſmati ex cauſa frigida ac uẽtoſa ſuccurrit, cum decoctione caricarum aut liquilitię potata. Peripneumonię tremori cordis ex uentoſitate & cauſa frigida ſubuenit. Adde quod nihil melius ea eſt ĩ ulceribus & humeroſis exituris mãmillarum deſiccandis, & extenditur ad maligniora uirtus ſua, ut dicetur. Et aſſeruerũt quidam ꝙ eius uſus cũ tyriaca omni die, cor ab aẽre epidimico defendit. Neq; remedium hoc deteſtor ſuis in temporibus moderatum, de quo poſt. Pulmonis humiditates ſuperfluas exiccat, reſoluitq;.

Stomachus.

Frigido ſtomacho & phlegmatico & humido, pauca cũ caliditate coniuncto, mirum in modum intus & extra ſubuenit;

Quæ res ut actum de Marchione Man=
tuano moderanda est. Cuius vsus quoti=
dianus fuerat. Quãtitatẽq; uariare opor
tet, virtutis ac tẽpo℞ locorũq; uarietate.
nã i tpibus frigidis securior erit eius vsus
maiorq; quãtitas sumi poterit. Eius uẽto
sitates ac dolores ventosos dissoluit, ac
continuo cessare facit. Et cum in resoluẽ
das stomachi ventositates ac dolorẽ ven
tosum Mãtuanus Marchio plurima me
dicamẽta tentasset, nullum aquæ ardenti
par esse dicebat. Cuius rei testis sum ego.
Oppitulationi plenis ac epatis sucurrit.
Idropisi ex causa frigida conuenit, quo
in casu præsumunt quidam omni die da
ri ad quantitatem mediæ testæ oui. Et re
nibus calida supposita eo℞ dolorẽ au=
fert, & in ventoso mirabiliter operatur.
Ventositates intestinorũ dissoluit, Sicq;
dolori colico atq; iliaco uentosis subue=
nit, aut per os, aut p inferius sumpta aut
exterius cũ panno aut filtro superposita:

Membra expulsionis

Sterili

Sterilitatem ex cauſa frigida aufert potata & peſſorizata & frigidis natura ſubuenit ad maſculãdum.

Iuncturæ.

Artetice podagrę, ſciaticę ex frigida cauſa præcipue factis in declinatiõe ſuis cũ canonibus adminiſtrata, & ex frequenti applicatione peciarum in ea infuſarũ calidarum ſciaticæ loco appoſitarum vidi Forliuii quendam liberari. Hæc eſt etiã eleg ãs medicina dolori ex neruo aliq̃ ſemi inciſo, & ſpaſmo familiariter medet̃ ſibene cum aliis medicinis conducatur.

Vulnera & vlcera

Fiſtulis cum inſtrumento iniecta, ac noſime tangere ſubuenit.

Febres

In quartana præcipue phlegmatica ꝑ horas duas ante acceſſionem exhibita cũ his quæ melancholiã reſpiciunt, ut bugloſſę flores aut boraginis, mirum inmodũ ſubuenit ac paroxiſmũ abbreuiat. Sicq̈ aliis febribus ex cauſa frigida uenientibus.

Venena.

Venenum expellit tyriaca associata. Ipsa enim continuo medicamen ad cor cōducit, uermes interficit. Etiā si exterius corpus liniat̃, neq̃ uenenosum animal, ut aiunt, ei approximare ausum est. Valetq̃, ut actum, pestis tempore, & super glandulam posita, cum uirtute confortatiua ac uenenosi humoris ad se attractiua non careat. Hæc autem omnia, ut nō nisi cum ratione administrẽtur, & canonibus suis munita esse debent. Quod ut tibi magis complaceam, sintq̃ res meæ tibi frugi magis, hos addam nō postergandos canones, de quibus statim.

Canones.

Primus, ꝙ quæ de ardenti aqua scripta sunt, intelligi debent in ægritudinibus, præcipue frigidis, quæ sic conferre uisa sunt. Aqua enim quam essentiam quintam no-

tā nominauimus, in omnibus indifferenter ualet. Et de hac non est sermo noster. Potest autem & hæc arderns dari, si cum ea frigida opportuna commiscentur.

Secundus, quod effectus eius in motbi causa illa quoque plurima existente, nisi prius congrue præcedant euacuationes, rationalis medicus tentare non debet, ne omisso sic uniuersali, particulares eius gloriosi effectus a uulgo indigne damnentur. Sicque pauca fuerit materia, cuius ab ea resolutio speratur, aut mala, aut simplex fuerit complexio, sic eius uires continuo tentandæ erunt.

Tertius, quod ipsius operatio paruo perficitur spacio, ut arbitretur non nisi ad horam uirtutem habere, precipue cum membris applicatur exterioribus, ob quod cum ab ea fortis ac longa quæritur actio, necessaria est frequentata iteratio, aut eius cum alio forti & denso commixtio, ut de composita agetur.

Cõposita enim actio longiori tẽpore per durat, ut gũmata maiori non gũmata ut in applicatione eius cum gummi in cura sciaticæ sentimus. Quartus q̃ impræme ditate pura dari non debet pueris perma xime, ac iuuenibus. Sed cũ ea vinũ aqua= q; alia cõmiscenda sunt medicorum con silio. Senibus vero securius exhibetur his præcipue qui stomachum frigidũ & humidum possident. Neq; quotidianus vsus in oĩbus laudãdus, uerũ quibusdã de tertio in tertiũ ꝑitoꝝ consilio. Quin= tus q̃ cum mitior spiritibus sit feruẽti cõ formior dum uitæ prolongatio queritur dosis augenda erit, sicq; fiet uarius usus dum sanitas quęrtur, dumq; expelli ægri tudo tentatur. Et ut planius atq; firmius capiãt̃ quę de ea simplici ac si dicta sũt, ac de composita dicẽtur. Non inutile facio hoc in loco uini dignitates potẽtiasq; in medium ducere. Nam cum reseratæ cer ta cum ratiõe fuerint nõ hæsito quin cre= dulitas fidesq; dicendis amplior dabit̃.

in quibus aquæ ardentis excellentia ma-
xima cum veneratione ſplendebit, cũ ui
ni ſpiritus ſit & anima pars ſuo corpore
dignior, accedet q́ꝫ fortaſſis ut qui legens
diuinam hãc aquam neglexerit irreuerẽ
ter q́ꝫ aſpernatus fuerit, eam honore dig-
nam prædicabit. Vini quidem caldita-
tem a cœleſti calore ſolari emanare mini
me hæſitabit, cum ab eo uuarum matura
tio omnino fieri cõpræhẽdimus. Quod
autẽ ab alio eductum eſt, eius a quo edu-
citur naturam retinere non negandũ, cũ
orta ſuis atteſtentur principiis in virtute
& vitio ſuarꝫ operationum. Ita q́ꝫ uini ca
lorẽ cœleſtẽ diuinũ q́ꝫ eſſe nõ ĩdigne An
tiqui enuntiarunt. Calor quidẽ cœleſtis
humano calori cõiunctus, cũ hominẽ ge
neret, arbitrãdũ equidẽ eſt, & ipſum nu-
trire & uitã in longũ ducere poſſe. Nam
cuius potẽtia ĩ maius eſt, in minus poſſe
fatẽdũ eſt. Quamobrẽ cũ homo & ſol ge
nerẽt hominẽ, Ariſtoles, Id cõcedẽdũ ut
calor vini calor naturali noſtro, ut Prin-

ceps, maxima ſit cum proprietate cõiun-
ctus, quo fit ut ſit uirtutis uitalis confor
tatiuus, cum a ſuo ſimili ſimile conforte
tur. Ipſiusq multiplicatiuus nec nõ re-
ſtuaratiuus. Ex eodem autem genera-
mur & nutrimur. Ariſtoteles.
Et quis ita inſane mentis erit, qui his nõ
conſentiatur? Experientia quidem indi-
es comperimus uini uirtute ſincopiza-
tos releuari. Quod plane Sarraceni intel
ligentes ſincopizatis, ut a morte releuen
tur, contra legem uinum exhiberi non
prohibent, quinimmo concedunt & offe
runt. Et quis non niſi cæcus, qui de lumi
ne iudicare uoluerit, his contraire pote-
rit. Nam in horas uidemus cũ fuerit quis
in uirtutute nedũ animali motiua, ſed &
uitali reſolutus in cõſuetas operationes
minime potẽs ſe fateri ex potu uini ſua-
uis ac guſtu delectabilis ſic potando re-
ſtaurari fortificariq in eas operationes,
in quas prius non poterat potẽter poſſe.
Conſueuerũt etenim potatores ſic poſt
potum

potum enuntiare se duplici pretio uale-
re. Nunquid philosophorum sententia
hæc est. Princeps.
Vinum debiles efficit fortes, propterea
quod uelociter præbet augmentum in
substãtia spiritus. Itaq; uelociter ut Auer
roi non displicuerit. Vinum non per tot
digestiones transire, sed paruo in tempo
re in spiritum conuerti, naturæq; huma-
næ cum opus erit, mirabiliter succurre-
re, cum calorem cœlestem humano pro-
portionatũ in se claudat: Albertus Mu-
sæus, Patauinus Poëta, quem uini digni
tas non latuit, ait.

Rebus in Humanis o nimis laudabile
uinum.
Præcipue assuetis uitæ pars maxima
nostræ.

Quãobrẽ cũ naturæ humanæ ipso auro
amicari cõformariq; magis sentiatur, ar-
bitrandũ quidẽ est in uitæ prorogationẽ
auro potabili plus posse cõferre, quo nõ
nulli Alchimizantes gloriantur.

Vinum quoq; uitæ humanæ nutrica-
tionē, & elongationem à natura inuen-
tum eſt, in corporū generationē q̄plu-
rimum operans, quoniā ut actum ex eo-
dem uiuimus & generamur. Eſtq; ſic na
turæ humanæ familiare magis. Aurum
autem ad has corporis cōmoditates mi
nime principaliter inuentum eſt, ad eas
accedere non videtur. Et ſi in quibuſdā
corporis utilitates accedat a generatione
& nutricatione remotas.

Qua de re pace ſic Alchimizantum dicā
In uitæ humanæ cōſeruationē, plōgatio-
nemq; ardentem aquā ipſo potabili auro
præſtantiorem. Oridendū cū addant ſuæ
dignitati ipſum ſic in ſubſtantiā liquidā
cōuerſū ad formam propriā amplius re-
duci non poſſe, quam ſi retinebit non hę
ſito ipſum reducibile eſſe, ſi non aurum
non erit. Hiſq; induco ut ex concluſis
plane intelligamus ipſo auro potabili ar
dentē aquam in uitæ conſeruationē pro-
longationēq; magis ualere, cum modera

teaſ

te aſſumpta fuerit, cum uini efficatior nobiliorq́ꝫ pars exiſtat. Vino nil eſt nutribilius. Nã Hippocrates, Facilius eſt potu q̃ꝫ cibo repleri. Et dux medicorũ. Vinũ præ cæteris eſt nutribilius. Plęriſq́ꝫ in locis uitellis ouorum & pullorum iuri comparas ipſum nutribilius facit cum magis penetratiuum extet, cum ſpiritibus proportionatum magis. Nec nos experientia fallit, cum potatores minus comedentes impinguari magis videamus, comeſtores potantibus minus. Vinum quoq́ꝫ uirtutes ſic omnes & ſpiritus reſtaurat. Spiritus autem pręcæteris nutribilius vino citius teſtauratur. Quare ut Almanſor, Auerois alacritatem gaudium iocũditatemq́ꝫ inducit & Auerois a tota ſpecie melancholiæ aduerſatur, cum calidũ ſit & humidum gaudium inducẽs, & melancholia ſpiritus à cõſueto naturali ſylueſtres facit. Videmus bibulos indies ex potu vini iocundos fieri, & quandoq́ꝫ ſalamones nunc ſimias appellemus. Neq́ꝫ

in eius innumerabiles dignitates hoc in loco prosequendum esse arbitror. Sat nobis esse debet.

Quod in hominum generationem uitæ eius prolongationem, spirituũ multiplicationem, restauratione͂, quibus uita conseruatur prolongaturq́ʒ, inuentum sit, Princeps. Vinum semper habet per eius essentiam ad spiritum cõuerti, Quæ omnia & experientia comprehendimus. Vino utentes carnosiores esse, et rubicundiores generatiuos magis in coitu pote͂tiores. Quamobrem ut suam seruarent pudicitiam de cultu fœmineo Romani magis solicitantes fœminis uini potũ prohibuerunt.

Equidem eo utentes animosiores robustiores, animoq́ʒ iocundiores redduntur, quæ omnia accipie͂da sunt, cũ fuerit eius moderatus usus. Propter quod Ecclesiastes. Exultatio animę et cordis. Et moderate potatum, sanitas est animæ & corporis. Estq́ʒ sic humores temperatos facie͂s.

Si itaq́ʒ

Si itaꝗ ſic eſſe concedimus, qđ minime negare poteſt, ut quid de ardenti aqua dicemus, quę uini pars eſt ſpirituoſa nobilior atꝗ potẽtior. Nũquid ĩ eos effectus illã poſſe negandũ eſt, cũ orta in uirtute ſuis atteſtent principijs? Nũquid nõ maxime colẽda eſt. Nũquid nõ amplexãda eſt. O bone Deus, quantũ in ſpirituũ augmentũ, inꝗ reſtauratione ſubitã accedat ex datis facile colligimus, teſtante Medicorũ duce, Omnium ſubito & ueløciter nutrientiũ eſt uinũ. Spiritus enim animę prima ſunt inſtrumenta, ut corpus uiuat nutriat, uitaꝗ in longũ deducat, cur itaꝗ cũ aqua ardẽs ſic in ſpũs ſubito tranſeat, & ex ea nutriant, eã ad uitæ conſeruatione, prolongationemꝗ accedere inſolens negabitur? Eadem enim ſimilitudo uidetur aquę ardẽtis ad diſtillatã carnis aquã, quæ carnis ad uinum. Cur itaꝗ aquam ardentem non laudabimus in ſpirituum reſtaurationem, ut illam poſſe, cũ ſit uini pars nobilior? quod omniũ, ut actum eſt,

nutribilissimum, citoque ac subito nutriēs
si quoque loco corpori tēporeque ut decebit ad-
ministrata fuerit. Fotrassisinquiet, ab ig
ne caliditatē elemētarē suscipere, fatēdū.
Ea propter suo est moderanda loco cum
aut cholerico aut phegmatico exhibebi-
tur, non tamen plurimū ignitur, ut in cō-
fectione quæ ex aliis rebus sic distillan-
do fit, est videre. Non enim aqua rosarū
ignitur, non feniculi, non aqua carnis, ut
sic ex hoc blasphemetur. Arbitrādum
quidem est uarietatem suscipere cū in cō
ficiendo tum in ad ministrando. Nā quę
candela cōficitur, mitem ac meliorem fa
cio, pretereo solarem. Sicque de cæteris di
catur modis. Et secundum ætatū diuer-
sitatem locorum ac temporum uarianda
erit. Neque ab igne corruptionem, aut inp
fectam alteratiōem suscipit in distillati-
one si fortem caliditatē, moderanda erit
Quibus omnibus plane satis reserata est
auctoritate huius diuine aquæ dignitas,
ac mirāda potestas, auro præstātior q̄ sic
neglecta

neglecta per manus Laicorum, longis iam annis oberrauit. Quam cum maturius intelligere uolueris, Illustrissime Prīceps, non hæsito eius uirtutes te ita allicere, ut ad eam colendam sumendamq; maxima cum dignitate accedas. Quare Sophisticis rationibus aures nō sunt præstande, quibus nōnulli detestari conati sunt. Sileant itaq;, qui eius dignitates non nouerunt, omninm rerum distillationes non nisi uoluntarie spernētes. Hæc autē omnia oculis tuæ Dignitatis anteponere cōcepi, cui neq; prudētia neq; literarum copia defuit, ut sic spectanda uideres iudicaresq; deinde si ex principiis Alchimię Hermetis Philosophi, Petri Hispani, Arnoldi de uilla noua, cuius et adhuc tāta extat in opere medicinæ experientia, ut alterum Apollinē Medici prædicēt: Si Raimundi uiri quippe diuini, si insignis medicinæ splendor Thadæi medici, siq; plurimum philosophantium authoritas ita ieiune spernēda est; Si q; eorum

sentẽtia, qui oẽs in hãc cõuenerũt. Aquã ardentẽ moderate sumptã in uitæ cõseruationẽ prolongationẽq; q̃plurimũ posse. Esseq; aliorũ effectuũ, de quibus actũ, productiuã, ut canitiẽ retardare, quæ superflua sit humiditate. An in cõtrariũ uersa sententia magis colenda sit?
Spero equidẽ & in futurũ eã tua ex dignitate maiorẽ gloriam consequi, cũ tuæ producẽdæ uitæ causa erit. Fortassis hæsitabitur si humidæ cõplexionis dicẽda sit, an siccæ, cũ a plerisq; uinũ humidæ cõplexionis inscribatur. Neq; perscrutatio hæc facilis habeatũ, cũ maxima sit in hoc sapiẽtũ discordia. Nã Cõciliator noster cũ plurimas rationes nõ paucasq; authoritates aduersantes reuoluisset ipsum humidũ pronunciandũ esse affirmauit, præcipue si annũ nõ excesserit, de quo supra. Qua ex re, cum aqua hæc uini nobilior pars sit, ortaq; suis principiis attestari uideant parte in principali præcipue sic humidam esse putandũ, quã rem experiẽtia
confirmare

confirmare uidetur. Nam cum in fundo cyathi cocleare unum ardentis aquæ iniectum fuerit ex postea accensa, eius quidem flamma per octauum hore durabit, quod equidem absq; humiditate grandi esse nõ potest. In qua sic flamma pabulat̃, quinimmo grossitie quadam & uiscositate participare uidetur. Sic itaq; humidam esse relinquitur. Verum quod sicca sit pronunciãda magis iam scriptum sit. Quam rem confirmare uidentur authoritates in contrarium, quibus uinum calidum esse & siccum enuntiatur.
Et experiẽtia affirmat cum urens & caustica sit, quæ calidi & sicci sunt operationes. Nã in fundo cyathi cõbusta iam uitrũ calidum reddit, ueluti ignitum ferrũ ferueat & tangentẽ urat. Res itaq; sic in cõtrouersia posita est. Plurimi Alchimizantes eam humidam esse dixerunt, non distinguentes humiditatem actualem a potentiali, cum philosophiæ dogmata nescierint. Cæteri siccam.

Ego quidem pace aliorum id arbitror, ut pronuncianda ſicca ſit, & ut actũ, ab humiditate nõ abſoluta. Nã prima indiſtillatione cum per actionẽ calidi partes uini ſequeſtrent̃, id opinandũ ſubtiliores igneas prius aſcendere, debere cõſequẽt aereas, quæ ſic permixtim etiã aſcendũt, quare ſiccitas cum humiditate cõiungit̃ & ſi ſiccitas uincat, quibus eorum apparet error, qui primam aquam ſic neglexerunt, cum ſecunda exiens aquea ſit tertia terreſtris inutiliſq;. Fortaſſis hæſitabitur cum aqua ardẽs ita calida pronuntietur, & quomodo ita ſpiritibus, ac naturali calori amicabitur? Accipiendum quidem eſt ipſam ex diuerſa fabricatione diuerſimode ſua in caliditate uáriari. Nam quæ ad ſolem fit, ſi fieri poteſt, aut in uentre equi, aut cum flam̃a candelæ mitioris eſt caliditatis ea quæ per uitem aut aliis iam dictis modis conficitur, & quæ ad flam̃ã ualde mitis erit. Hæc autẽ aqua & ſi prima impreſſione ſuis cum ꝑtibus ingneis

læderé uidetur, expoſtea per actuationē calidi naturalis reſoluuntur, ut experien tia docemur. Nam illa acuitas cito deſi= nit, quare mitior in caliditate facta ac ſic citate ſua cum humiditate tali miti calidi tati cōiuncta ſpiritibus ac calori huma= no ſic ꝓportionata ac conueniens reddit̄ Spiritus quidem humanus non ut arbi= tratur paruæ caliditatis exiſtit. Vnde dux medicorū Galenus in libello de ma= litia complexionis diuerſę. Si quis digi= tum in ſiniſtro cordis uētriculo impoſu erit, ſentiet maiorem caliditatem quę ſit. ut exprimere uoluerit magnam etiam in corpore humano caliditatenm inueniri, in quo non raro magnæ cōprehendimus aduſtionis effectum. Nam in renibus ca liditate potēti lapis generatur, quin imo & in ueſica membro ente ita frigido. Eſtꝗ non poſtergandū mitiorem in uitę pro longationem maioris eſſe adiumen= ti, feruentiorem uero in ægritudinibus tollendis ualidiorem.

Hæc aũt quæ longo ac digesto sermone egerent, raptim nauigaui, ne tuæ Dominationi eius longitudine fastidio sim. Et ad aliud cũ pertineat negotiũ, sic quasi tacitus ire fui. Satis est mihi rem aperuisse. Postremo hoc loco non tacebo dignitates aquæ uitis, & si audiui, etiam cum authoritate perlegi aurũ quidẽ potabile sic dignificatũ hactenus nullo in codice cũ authoritate reperi. Quæ autem dicta ac dicenda sunt, sic planiora fiant, accipiendũ duas in ardenti aqua caliditatis actiones esse. Primã quidem elemẽtarem, qua exiccat & corpora calefacit, cuius dominium super alteram posuimus. Nam per eam calidam & siccã enunciauimus. Reliquam cœlestẽ uiuificatiuam a uino cõtractam, quã in eum sui in creatione solaris uirtus impressit, ut naturalis eius cõplexio ab elemẽtari sic uincatur, ut ĩ pulmone ab accidẽtali naturalis superatur, hacq; natura calida redditur & humida spirituum generatiua. Aër quidem ut in

spiritum

ſpiritum conuertatur, q̃ uini anima magis diſtare uidetur. Aërem uero ut medicorum dux in ſpiritum natura conuertit. Et primi ſecũda princeps. Cur itaq; proximiorem hanc in eum conuerti, huic diuinæ aquæ inuidus poſſe negabit, haſq; caloris actiones inueniri poſſe ſcientificus an negabit, cum ſenſu comprehendatur in febriente has inueniri actiones. Quarum una febris eſt elementaris, cum febris calor ſit in igneũ mutatus, ut Galenus. Et caliditatis actio naturalꝭ, qua corpus alitur. Et coniunctione ſyderis ſolis & caniculæ aër ſic eſtuans ſiccus factus. Nunquid ſubſtantia humidus exiſtimatur. Plane itaque aſſerendum eſſe arbitror, elementarem cœleſtemq; caliditatem ardentem aquam in ſe poſſidere. Et amplexatam ſic eam naturam diuidere. Diuerſiſq; in operationibus eius uti, ut elementarem in ſuperfluitatum conſumptionem conuertat, cœleſtem uero in ſpiritus generationem.

Quo fit ſic potentior facta uitam in longum deducat. Harum actionum diuiſionem quis forteſſe admirabitur, qui cũ id egerit in re medicinali minime audiẽdus erit. Legat equidẽ prius principis ſcripta cũ de curando hemitritęo ſibi cura eſt diſcretiuam uirtutem conmemorantis.

Caput. x. de nocumentis ſimplicis ardẽtis aquæ.

POſt autem narrationem eius iuuamẽtorum conſequens duxi in nocumẽta proſequi. Nã ex his q̃ ſcripta ſunt planiora ac clariora nobis fient.

Primum itaq; dicamus ęgritudinibus calidis, ſic non conferre acutes ac furioſis, maxime cum ſuis manifeſtis qualitatibus nocumẽta præſtet, & in has addat ægritudines. Neq; qui calorẽ ſtomachi muniti ſunt ea utant̃. Eamq; deuitẽt cholerici pueri, & quibus ĩnatus fortis calor eſt, aut reſolubilis, propter qđ debiles in calido precipue ſtomachi ad eam aſſumẽdã

magna cum cautela accedant. Iuuētusq; plus senectute expauescat. Et senes cholerici phlegmaticis eius in usu se magis moderent, & frigidis natura. Sicq; & sexu calidiores. Quamobrem mulieres uiris audacius tutiusq; uti possunt.
Contempletur autē ut actum. sexus, ætas complexio uirtus, habitudo, tempus, cōsuetudo, ars, regio, aeris costitutio, membrorū corporis aptitudo, ut si cætera nō negarent, aptitudo in excoriationem fortassis prohiberet. Sit itaq; in his curiosus qui alteri eius assumptionem laudabit. Et quis hoc facere poterit non nisi in medicina peritus, In ægritudinibus vero calidis cum frigidis moderatā dare licebit ut in hemitriteo piper. Et de his tantum dixisse uolo, cum cætera quæ de nocumētis eius dici possunt, ex habitis apta sint,

Caput. xi. de Aqua ardenti composita & uirtutibus eius.


E ſimplici ſic expediti ad eam proſequamur, quam compoſitam nominarunt, quoniam rerum aliarum coniunctione fit, quę ſic diuerſificari habet, ut ex diuerſis fit elemẽtis. Qua ex re cum prope infinita cum ea componi poſſunt, non eſt eius compoſitioni finis ſtatuendus.

Sic itaq; pauca & experta authoritate & laude digniſſima inſcribam compoſita, q̃ impreſentiarũ noſtro inſeruient negotio, id primum prædicans. Quod membra omnia ad quę peruenit indifferenter calefacit ac exiccat, membra frigida, humidaq; confortat.

Quod illuſtres uiri intelligentes, ſimplicia quædã cum ea cõmiſcuere, quæ eius uirtutem ad diuerſa membra ducerent, illamq; ſuis in effectibus ſic ſua cum proprietate redderent fortiorem. Cunq; cerebrum leditur in ſui releuationem tutamenq; cerebrum inſpiciẽtia cõmiſcent, & alterantia quædã ſuæ diſcraſiæ remotiua.

tiua. Estq; in aliis simili cũ modo operã-
dũ, poterit itaq; quisq; in arte peritus, ut
alia & dispositio alia expostulabit uariã
cõpositionẽ ordiare. Vt exẽpli gratia, di
camus cũ abrotano & saxifraga, aut sola
cũ bethonica in renibus, ut in uesica lapi
dẽ frãgit. Et cũ succo fumiterrę & lapacij
acuti faciei pustulas tollit, et cũ saluia tre
morẽ. Cũq; doctrĩa exẽplaris eaq; p̃ præ
cepta efficatior sit, plribusq; gratior, quas
dã, ppterea descriptiões subiungã laude
& experiẽtia dignas, si prius cõmemora
uero, quæ in ea infusa erũt, ab omni sua
uirtute sit expoliatiua tales ĩ se recipiẽs,
qm̃, ut actũ, sic suo odore soporeq; priuã
tur, suaq; potẽti uirtute illas mirabiliter
in se trahit. Et si infusa minutant̃, ab ea
facilius sic expoliantur. Neq; nõ nisi ab
experto Phisico has cõpositiones fieri
posse putandũ, compositio nanq; sim-
plicium semper mihi perdifficillime ui-
sa est. Et ad eas prosequens hanc tibi pri
mam facio contra mingẽdi impotentiã.

Senilis passio est & si quando ætas alia illa grauiter molestetur renes oppilatos aperit & lapidem in eis induratum comminuit, extraq; expellit cuius descriptio hæc est.

Recipe radicum sparagi, brusci, feniculi petrosilini, raphani, iringorum, milijsolis seminum genestrę, endiuię, scariolę, capillorum ueneris ana. Hæc omnia prius contusa minutim q; incisa in quantitate suffcienti ardentis aquæ bis distillatæ infundenda ponantur. In eaq; sic horis octo resideant. Et postea suaui cum igne ut decet distillentur. Maiorem autē uim sic habere uidetur. q; Thadeus medicus insignis sua & nostra in ætate princeps ordinauit. Nam operam fortiorē sic agere uidetur, cum lapidem in uesica induratum frangat. Est quidem fortius antidotū quod in uesica, q; qđ in renibus lapidem frangit & cōminuit, tremori paralysi q; mirum in modū subuenit, & dolorē colicū ex causa frigida uenientem tollit.

Iuuentu-

Iuuentutemq́ conſeruat,ac canos retar-
dare facit. Hanc autē tot laudibus extol-
lit, ut ſic laudando detrahere uideatur.
Eam nanq́ in omni ægritudine colendā
eſſe perſuadet, cuius in uſu honores ma
ximasq́ laudes ſe conſecutum eſſe ait,
neq́ minores utilitates. Ob quārem nō
omnibus communicandum eſſe cōſulit.
Cuius iudiciū atq́ conſilium non com-
mendo, cum has dignas res ſepultas ſer-
uare grauamine conſcientiæ non uacet,
ſicq́ ſummo opifici, qui omnia gratis cō
cedit iniuria quędā ſic exhibeatur, uolu-
itq́ medicum ea prudenter moderateq́
utentem ſic facile ditari poſſe. Recipe
garyophylorū, nucis muſcatę, macis, ze
doariæ, galangæ, piperis longi, piretri,
corticum citri, ſanſuci, ſaluiæ, ameos, ſpi
cenardi, ligni aloes, cubebarū, cardamo-
mi, cinamomi, menthę, lauendulæ, pule-
gii, coſti, origani, calamenti, calami aro-
matici, ſiccados, camedreos, camepiteos
ana, puluerizentur, & optimo cum uino

de quo actū, claretum fiat. Expostea in distillatorio ponantur.
Prima itaq; quæ exibit, aqua clara ac perfecta erit, sicq; secunda. Tertia uero negligatur. Et huius aquæ uis tanta est, ut etiam exterius applicata in curādis ægritudinibus q̄ potenter ualeat. Additurq; muscus in peciola ligatus sic in ea continue residēs, cuius quantitas consilio medicorum moderanda est. Plurimi enim sunt, qui eius odorem nō tollerant. Non nulli quos summe delectat. Coclear unū ab eodem dosis inscribitur singulo die ieiuno stomacho. Consuluitq; in commutationem lapidis in uesica, ut de quarto in quartum eius aliqua pars in cuno, quod in mensa bibitur, infundatur. Quę res si mensibus sex adusq; octo seruabitur, aut anni tempore omnem in uesica induratum lapidem franget, atq; comminuet. Quod si dulcuratio delectabit, id ad uoluntatis libitum fieri poterit, in ea infundendo liquiritiā, non zucarum, q̄m
ipsum

ipſum in aqua uitis nõ diſſoluit, ut actũ:
Et ut diuinæ huic aquæ fides cum argu-
mento amplior adhibeatur ab authorita
te ſumpto referam, quod & plurimi ſen-
ſerunt, Conciliatorem uirum quippe di-
uinum codices ſuos farina Thadęi inſig
nis panem confeciſſe, tanta fuit ſuarum
literarum copia atq; dignitas, quem qui-
dem Thadæum ut alterum Aeſculapiũ
ſuis ſingularibus cum experimentis Ve
teres & Noui Medici, magna cum uene
ratione colũt, cuius famoſa opera extãt.
Et indies per ſcholas Medicorum maxi
ma etiam cum reputatione perambulãt.
Quis igitur nõ niſi inexpertus, aut men-
tis incompoſitæ, qui cæteris plura ſciſſe
ſic deteſtando oſtendere ſe putarit, hac
deteſtari, aut mortales non colere dicere
auſus erit? cuius diuini uiri doctrina &
experientia ſimul ſemper incedunt.
Hanc itaq; te colere, hancq; ſtrictius am
plexari, in uitæq; tuæ prorogationem ea
uti pſuadere nõ hęſito, quin imo cõſulo.

Quod a me actum non inaniter, non uo luntarie, sed firma cum ratiõe esse puto. Sicq; Calumniator eam sic omnibus cõ munem esse damnabit. Fatẽdum si ętas, complexio, anni tempus, & huiusmodi, de quibus actum, postergabuntur. Sicq; uniuersalia pręoculis habenda neglecta erunt, quæ omnia operanti cognita Thadæus esse uoluit. Qua ex re, ut sæpe peritos in arte consulendũ est, qui his in omnibus cæterisq; moderationem seruare non ignorant. His tertiã & plurimũ gratam & expertam adiiciam cordis uiuicatiuam, cerebrumq;, ac stomachi confortãtem, oppilationem exterminatiuam, canitiem retardantem.

Recipe garyophylorum, nucis muscate, macis, zedoariæ, galange, piperis longi, corticum citri, saluie, sansuci, ameos, spice nardi, ligni aloes, cubebarum, amomi, cardamomi, lauendulę, menthæ, pulegii, origani, calamenti, sticados utriusq;, camedreos, camipiteos, ana. Terẽda terantur, distilẽturq;, ut actũ. Eadẽ

Eadem operatio, aqua quæ nunc descri-betur, his mirum in modum subueniẽs, qui absq; causa tristantur, quibus & cor-dis tremor est molestus. Hæc quidem so litarios ad societatem conducit, & ad bo norum morum consuetudinem morta-les excitat. O diuinã, o colendam nimis. cuius hæc est confectio.

Recipe zedoariȩ, doronici, corticum ci-tri, macis, nucis muscatȩ ana. ʒ ij. corallo rum rubeorum, charabe, limaturæ ebo-ris ana. ℈ ij. been albi et rubei, garyophy lorũ, zinziberis piperis longi, spice folii, croci, heil ana. ʒ i. trociscorũ diarodon, ligni aloes ana. ʒ v. cinamomi, galange, zerumbet ana. ʒ i s. foliorum auri & argẽ ti minutorum & pistatorum ana. aureum unum albarum margaritarum. ʒ iij. frag-mentorum saphiri, hyacinti, smaragdi ana. ʒ s. musci electi. ʒ s. ambre. ʒ ij. embli corum ℥ s. rosarum ℥ i. fiatq; inde aqua, ut actum. Hæc quidem laude sic digna, p̃ciositateq; sua uenerãda Magnatibus

fortaſſis tantummodo cõmodoſa eſſe ui
debitur. Ob quam rem aliam ſubiungo
pauperibus ac diuitibus communem &
ſuis in effectibus parem ac prope parem.
Recipe foliorum roſarum. ℥ xv. liquiri-
tiæ mundatæ. ℥ viij. ligni aloes electi, ſan-
dalorum rub. ana. ℥ iij. cinamomi electi.
℥ v. macis, gariophilorum, ana. ℥ ij. ß. gum
mi arabici, draganti, ana. ℨ. iij. ℈. ij. nu-
cis muſcate, cardomomi, galange, an. ℥ i.
ſpice. ℈ ij. ambre. ℈ ij. muſci. ℈ i. aquę ro
ſatę uini ana, fiat ut actũ. Hęc enĩ ſtomac
hi pręcipue defectiõem tollit, ex oĩ q; ma
la complexione frigida & humida ueni
entem diſpoſitionem remouet, nutriti-
uorum inſtrumenta omnia confortat ac
roborat, ſic excitat appetitum, & cor læ-
tũ facit. Putrefactionẽ oris ac ſtomachi
mirũ in modũ ſuperat, cerebro confor-
tando oppitulatur, & conualeſcentibus
cõuenit, cum illis ſua uirtute ſubueniat.
Et ut conſtantioris ſit effectus, nonnulli
ingeniati ſunt cum ea gummi infunde-
re, ut

re,ut ſuo congruit negotio. Nunc in ea gummi infundentes,nunc cum uino diſtillantes,ut dragantum,maſticem,& huiuſmodi. Sicqꝫ diuerſificant amara & dulcia, & alterius ſaporis reliqua infundentes,& ſtomachi confortationem quęrentes, in ea ſtomachalia infundunt, aut cum ea diſtillant. Agentesqꝫ proportionabiliter cæteris in membris,ut ſuo pertinet negocio. Bene autē comprehendi poteſt, ꝙ facilis ſit in ea compoſitionū multiplicatio.Ob quā rem ſic impreſentiarū finē faciam, ſi hanc poſtremam his addidero, q̄ tibi ſumme neceſſaria, neqꝫ minori laude mihi digna uiſa ē, cuius in quotidiano uſu a ueneno,peſteqꝫ diuina ſemp̱ bonitate iuuāte, ſic pręſeruaberis, accedetqꝫ ad membrorū tuorū omniū robur.Hanc quidē magnificare uelis,& auro pręſtātiorē eſſe dicere nō heſitabis.Facile enim ex eius cōpoſitione cōprehendetur,ſi ad cordis tutamen,ſi ad ſpirituū augmentū,ſi deniqꝫ ad aliorū membroꝝ

omniumampliorem commoditatem sua cum uirtute, aut occulta, aut manifesta ipso potabili auro plus accedet, & iuuamẽta maiora præstabit, quam amare & uenerari Mortales q̃maxime debent, hisq́ præsertim temporibus, in quibus uniuersus populus sic peste flagellatur. Ego quidem Deo meo semper gratias, saltẽ quas possum, refero, qui sua misericordia huius diuinæ aquæ notitiam dedit, quam et colere & uti in posterum concepi, neq́ ætas mea hoc paruifacit.

Arbitrandum quidem est compositam simplici potentiorem efficacioremq́ esse. Quod si simplex a corruptione putrefactioneq́ corpora defendit, quid de ea composita putandum est? Minime itaq́ dubitandum erit, hanc rebus ita cor tutãtibus refertam in uenenum inq́ pestem potenter posse.

Experientia enim certa uidemus, cor anima carens in ea simplici longis in diebus a putrefactione præseruari. Quid ergo arbitran-

arbitrandum eſt,ſi cum eo anima cõiun=
cta erit,uires omnes ſuas in cordis cõſer=
uationem extendens.Eſt itaq; aqua hæc
ut altera anima colenda, quæ quanquã
gratis oblata ſit,tamẽ hac tempeſtate mi=
nime refellenda eſt. Eamq; metridato cõ
parem facio. Cuius ex uſu Metridates
rex,cum hoſtis manus ueneno ſe fugere
arbitraretur, uenenare ſe non potuit. Eſt
itaq; ut ſingularis theſaurus colenda, &
auro precioſior uenerãda magis. Hãcq;
cum ſic gratis acceperim,nõ precio uen=
dam, ſed omnibus communem fieri ten
tabo,ut præſentibus & poſteris ſalutife=
ra futura ſit. Eius autẽ cõpoſitio hæc eſt.
Recipe ardentis aquæ ex materia electa
& ad flammam aut in balneo Mariæ con
fecte duplici diſtillatiõe diſtillatæ libras
octo. Aceti non uinoſi albi libram unã
& mediam. Aquæ roſate libras quatuor,
florum harum rerum,quia buguloſſe bo=
raginis, nenufaris, cicoreę, ana. manipu
lum medium,oſſis de corde cerui. ℥ 5.bo

li Armeni, ℨ i. margaritarum albarũ, fragmentorum saphiri, hyacincti, smaragdi, ana. ʒ i. foliorum auri numero. xij. macis ʒ ij. berberis. ʒ ß. seminum acetosæ manipulum. i. zedoariæ. ʒ iij. cassie lignee. ʒ ij. ß. garyophylorum. ʒ ß. cinamomi. ʒ ij. diptami. ʒ iij. musci, ambre ana. ʒ ß. omnia cõtundantur, præter aurum, bolum, margaritas, plus quã mediocriter. Aurum uero bene in mortario trituretur, bolus puluerizetur, & margaritæ. Sicq; in uase uitreo omnia hæc, præter muscum, intromittãtur, optimeq;, ut decet, obturent̃, stentq; sic infusę horis octo. Expostea lambicentur, aquaq; exiens usui reseruetur. Quod si eius dulcorationem quis óptabit, cum liquiritia, ut actũ, id agere poterit. Muscus autẽ & ambra in peciola ligata continue infusa teneantur.

Eius autem usus omni tempore esse poterit, cum ab æqualitate non elongetur. Dosisq; cõmunis erit. a ʒ i. usq; ad. ℨ i. ut minor sic terminus ac maior designetur, me-

netur, medius autem uariatur. Id ætate, tempore, ſexu, complexione, uirtuteq́ in eo uarietatem petentibus. Quamobrē conſilio Peritorum in hoc ſtandum eſſe aio, quos harum rerum noticia ac moderatio non latuit.
Tibi em̄, Illuſtriſſime Princeps: ℥ i. uſq́ ad duas uel tres doſis congrua erit, & cū uino aromatico mitior, de quo poſt. Cōtēplari uelis, obſecro, huius diuinæ aquę dignitatem excellentiamq́, cū ſic ad omnes bene ſe habeat. Et per ſacra rogo, q̄d & ſi tibi gratis oblata fuerit, apud te non uileſcat, quam & ſi ſimplicem in peſte damnabunt, compoſitam minime denigrare poterunt, cum ſit cordis glorioſus clipeus, & ab æqualitate non diſtans.
Aqua enim ardens ſimplex & compoſita tanta eſt obſeruatione digna, ut Mortales ad eam ſumendam non irreuerenter, non impetuoſe accedere debent, ſed diſpoſiti & non niſi legibus muniti, ut poſt.

DVODECIMVM

Capitulum.xij. de cultu obseruando in assumptione ardentis aquæ.



EXcellentiam dignitatemq́ ardentis aquæ admodum tibi nõ incognitam esse puto, Illustrissi sime Princeps, quam cum ardentius con templatus eris, ad eam per amandam excolendamq́ sua ita te alliciet singularis uirtus, ut facile tuæ salubritatis Deam in terris tibi constitues. Eosq́ odio habebis qui suæ eniti erunt detrahere dignitati, qui, ut arbitror non importune accusandi sunt, quoniam Operatorum malorum uitio eam perfecte non nouerũt. Hancq́ cum semper uitiatam composuerint, nõ gloriosi, non ita mirandi effectus ab ea emanarũt, qui ut singulares dotes a Modernis illi attribuuntur.

Verum si eam perfectam gustauerint, eaq́, ut actum, usi erunt, non hæsito eos a sententia mea elongari debere. Equidẽ amanda est, colenda, dignificanda, & di-

uina

uina penitus nominanda. Non ergo imprudenter quisque si præmunitus legibus non fuerit, non arroganter, nō impetuose ad eam sumendam sic accedat, qui ab ea saluari cupit, sed magna cum ueneratione, fide, ac obseruando cultu ueluti alterum sacramentum assumat, primisque præceptis pareat, de quibus actum. Nam corpora uitiata nimis ab eius usu se abstineant. O quam ridendum, o uulgo imperito compatiendum, cum fere soli crapulantes irreuerenter illam sumant. Nam cum ex serotina crapula matutina læsio percipitur in peccati expiationem, ad eam sumendam in uicis inconsulte concurrūt, postque assumptionem eius bibulorum loca uisitant. Quapropter accipiēdum tribus ad minus horis eius post assumptionem cibos, aut potus sequi debere.
Hi equidē sunt, cuius inordinata assumptione tali in tremorē, quem eius ex usu non perpauci incurrere uerentur, sic facile incurrūt, ut & de iuuamētis argueba-

mus. Hæc autē in corporis salubritatem a Deo creata est, qua ex re in tuendā sanitatē, inq; uitæ prolōgationē, in deniq; expellendas ægritudines maxima cū uene ratione uti debet homo. Et hoc loco primū cōmemorabo, ut a superfluitatibus, ut possibile est, mundus sumens sit, quod debito regimine perficitur. Cū enim nō constantis & diutinæ sit operationis, sic humiditatibus immersa operari minime ualebit, & suā in mēbris qualitatē imprimere. Hæc enim in superficie agens superficiales leuesq; humidatatū partes leuigat, ascendereq; facit, quæ facile in origines neruorū sic penetrare poterunt. Fietq; fortassis deinde accusatus tremor. Qui itaq; sanitatē colūt, sicq; uitā in longū ducere, ut corpus nō sit uitiatū summa cū diligentia studeant. Hęc enim ambo ardensa qua operatur subiecto sic disposito, etiam moderate cū administrata fuerit. Quæ em̄ paucæ sunt sup fluitates timendæ faciliter exterminat, sicq; earū

putrefa-

putrefactio defenditur. Verũ & qui crapulatiõi inseruiũt, quos eius usus delectaret Medicos prius cõsulant, crapulamq́ aut dieta, aut potatione medicinali prius cũ pace deponãt, & derelicta superfluitas aquæ benedictæ officio euanescet. Nam quemadmodũ cõfessione grandiuscula peccata tolluñt, & leuia ac minora oblita benedictæ aquæ diuinitate expostea euanescunt, ita & aqua hac derelictę supfluitates, quo fit ut calor uigoratus naturalis uitã sic in longũ producat. Quãobrẽ, ut sacramentũ & altera uita colenda est. Quibus inducitur, ut declinationis tempore & tremoris paralysis, cæterorumq́ morborũ corpus frigiditate ac humiditate perturbantiũ moderatã potenter magnificeq́ ualere. Cui sentẽtiæ princeps alludere uidetur, cũ dicat. Et uinum antiquum paucũ confert ualde ægritudininibus neruorum omnibus. Plurimũ uero ex eo sumptũ est nocibilior res neruis. Sicq́ plurima nocebit. Alterum animad

uertendum eſt, ſitq́ potãtibus colendus canon, quod eius ſimplicis aſſumptio etiam pauca in quantitate nonnullis grauis ac moleſta eſt. Quare commiſcendũ aut uinum aut liquor alius, quo amicabilior reddatᷣ. Verum uinum eligibilius, cũ cæteris liquoribus ſit ſuæ naturæ propinquius, ſitq́ aromaticum, quod plurimi ſcientes, qui eius uſu delectantur, unam eius. 3. cũ tribus aromatici uini aſſumũt. Eſt hic quidam communis uſus, quod ſi res ita te delectaret, non accuſo, ſed approbo & conſulo, uini & aquæ quantitates Medicorũ tuorũ conſilio uariandas. Medo autem cum ea aſſumptus non accuſandus eſt, quinimmo, ut arbitror, conſulendum, cum eius opera etiam fuerint neceſſaria, ceruiſiã non blaſphemare debet: Poterit eñ ſic uia medicinę cũ ea ſumi. Verũ nobiliora ſũt duo prima. Reliquũ ut cerebrũ habẽtes debile, q uaporibus uini facile ledũtur ad eam ſumendã, non ut hi, qui forte poſſidẽt, pari pergãt

audacia

audacia. Hi enim eius moderationem diligenti cura ſtudeant. De his autem, quorum ſtomachi calor debilis eſt impreſentiarum nihil, cũ de eis ſcriptũ ſit ſupra.

Et ut ſolatioſum aliqd huic noſtro opuſculo adiiciam, quo aures tuæ Dominationis demulceam, quod ſumme cupio, dubium impreſentiarum excutiendum in poſtremis, ſic in medium ducam. Quod non inutile facio, nonq́ꝫ a propoſitis remotum, ſed quæ paulo ante dicta ſunt, amplexabitur.

Scriptum einm eſt, uinum ſua plurima cum quantitate rem plurimum nociturã eſſe. Non paucos audiuimus, uidimusq́ꝫ bibulos ante alterius rei aſſumptionem in crepuſculo, uini plurimam quantitatẽ aſſumere, quibus uita & ſanitas in longũ producebatur, & eorum nonnullos modo ad octuageſimũ perueniſſe annum, quos neq́ꝫ tremor, neq́ꝫ paralyſis moleſtauit. Et cum ardens aqua uino ſuis in proprietatibus cõparetur, ex uinoq́ꝫ fit,

cur eius plurimę quantitatis usus esse nõ poterit, quod a nobis accusatũ fuit? Certe, ut arbitror, Zimignanus tuus, de quo supra etiam in die nõ raro adusq; untias viij. gaudiose deglutit, cuius ex assumptione tali se quadraginta annis sanum uixisse omnibus cum iuramento prędicat. Vt autẽ uini ad aquã ardentẽ differentia cõprehẽdat, accipiẽdũ aquã ipso uino calidiorẽ, sicciorẽ, subtiliorẽ, euaporabiliorẽ, & uelocius impressiuã esse, cũ in distillatione, & præcipue multiplicata aqueas uini partes ac terreas deserat. Quapropter non ita constantis aut fortis est impressionis. Aqua enim est cum in ore est statim actuatur, & in membra penetrat propinqua, cũ parte aquea careat, qua uelut uinum infrigidare possit. Vinum autem in stomacho actuatur, & non in ore, nisi tẽpore certo retẽto, neq; sic ad membra penetrat, aut inferiora aut superiora. Aquæ & huius resolutio cita est, cuius impressio paruo durat tẽpore, uini operationi

rationi comparata cum ipsius sit spiritus Nam uelut ex sanguine spiritus gignitur, ut dux scribit medicorũ, ita ex uino aqua ardens. Sanguis autem suo spiritu constantior est. Volitat itaq; ut spiritus aqua ardens & assumpta statim partes oris, gutturis, cordis, cerebri ac stomachi percutit. Et fortasse ad epar sic simplex non peruenit, cum præcipue paruæ fuerit quantitatis, quinimmo exhalat & euanescit prius, quod minime in uino cõtingit, cum densioris sit substantiæ, & ad epar penetrans. Quamobrem stomacho, cordi ac cerebro salubrior est adscribenda. Vinũ quidẽ & si in his operetur membris, in inferiora magis penetrat. Ob quã rem in oppilationes cęterosq; inferiorũ membrorum morbos magis posse uidet. Reliquũ est ut differre sciamus rẽ ut medicinam, & ipsam aut potum, aut cibum assumi debere. Quo fit, ut exhibẽdarum rerum uarietas quantitate, tempore, ætate, confectione, similiumq; contingat,

quæ omnia, ut actum, in ardentis aquæ exhibitionẽ consyderanda sunt. Quamobrem cum prolongatio uitæ quæritur, mitior suis ĩ qualitatibus exhibeatur. Si quidem ęgritudinis remotio pręcipueq́ frigidæ fit, ardentior tribuatur. Vinum quidem in plurima quantitate sumptum secum multas conducendo materias, caput etiam sua multa quantitate replet. Hosq́ tot tantosq́ uapores, tantamq́ materiam calor cerebri sic suffocatus minime resoluere & anullare potest. Quamobrem in humiditatem subtilem conuersi, & in neruorum origines penetrantes causa sunt sic tremoris ac paralysis factiua. Quod si tantæ quantitatis aquæ ardẽtis usus esset non hæsitandum, quin ad hos perducat errores, cum euaporatiua sit, magisq́ penetratiua. Aqua enim ardens, ut medicina, uinum uero, ut potus & nutrimentum pronuntietur. Qua ex re in exhibenda quantitate quã plurimũ sic differre dicatur. Si etenim ardentis

aquæ ut uini tantæ quãtitatis usus foret, in corpore magnã, quinimmo maximã & subitam imprimeret caliditatẽ, qua necessitatẽ in corde euentandi tantam subito induceret ut suffocationẽ, ac eius periculũ pareret, eoq́ præcipue, cũ spiritualibus euacuationẽ maximã & occupantẽ gigneret, acci deretq́ ut his q paruo in loco claudunt aẽre existẽte nimiũ calido, cui refrigeratio subito succedere nõ põt, hi aũt suffocati perirent. Febres ephimeras ac putridas deinde adgeneraret, epatis inflammationes, & tanta ac fortassis ita subita multorũ fumorũ ad caput euaporatio foret, ut inde apoplexia cõsequi posset. Detestandũ quidẽ & sic uini potentis in quantitate usum ante præcipue cibi assumptionẽ. Quare Prĩceps amplius sapiens sibi pũidere debet, ne ieiunus uinũ bibat, quoniã magnũ facit cerebro nocumẽtũ & neruis, ad spasmũ perducit & ad amentiam. Quibus omnibus subiecti sunt, qui usu plurimo ardentis aquæ

delectantur. Nam si uinũ uetus, potens, odoriferũ uia medicinę sic assumeret, nõ arbitror ea debere sequi nocumenta, quã obrẽ quantitatis cõsyderatio plurimũ attendenda est. Vnde si in quantitate paulũ maiori uinũ tale assumeret, censeo ut de aqua ardenti iuuare. Verũ post primi cibi assumpti digestionẽ completã, ut ante cenę assumptionẽ, sic uinum bibere etiam notabili in quantitate nullo præcedente cibo delationis gratia partiũ grossarũ, quæ ex prandio remanserunt, suaq́ꝫ grossitie penetrare nõ potentiũ, laudandum erit, & hoc est quod carmine canit.

A potu incipe cenam.

Quid autẽ de potu tali ante prandiũ facto dicendum sit, cõsyderet Speculator. Et quod maius est tempus inter cenã & prandium cadens, q̃ꝫ inter prandiũ & cenam, quare longitudine tẽporis corrigi põt, quod in breui fieri non ualet. Et fortasse si quando fieret nõ noceret, etiã qa differt inter ipsum, et potus est medicinalis &

lis & nutrimẽtalis. Vinũ quoq; cũ actu frigidum sit & humidum, nonq; ut aqua celeriter actuet, nõ hæc faciet nocumẽta. Vinũ præterea magna in quãtitate sumptum, cum calor stomachi debilis esset, et totius, sic sua in frigiditate subito facta, mortem uia extinctionis leuiter inducere posset. Hocq; in loco quod in bibulo Patauo contingebat, commemorabo. Nam cum Fuluiensis noster ad scholas pergeret, per mediũq; tabernarũ trãsiret, audito clamore, interrogauit, ut quid esset? responderunt, hic mortuus est senex quidã. Nam cum magna foret siti molestatus, duos cyathos Patauos nullo interueniente tẽporis medio potauit, ilicoq; sic mortuus est. Cuius causam in scholis declarans, ait: Id extinctiõe caloris pauci a frigiditate multi uini, quod actuari non potuit, accedisse. Sic & multa aquæ ardentis quantitas uia resolutionis operari posset. Quid autẽ de Bibulis dicemus, magis quidẽ aliorũ sententię stabo?

Verũ ut hic locus ſit uacuus a nobis nõ diſcedat, quid arbitror pace alioꝝ dicã. Noui meo tẽpore Bibulos, qui plurimo uino utentes inebriati ſunt, ita ut nulla trãſiret dies, qua aut ſimie, aut ut leones, aut ut porci nõ facti ſint, & hos certe cognoui in facie caceticos et breuis uitę fuiſſe. Noui & alios qbus cerebra fortia fuerunt, ita ut a uapore uini nõ faciliter paſſi ſint, qui et ſi uino exterminati fuerint, non ultra ꝙ ſalamones effecti fuerunt, & non perſæpe terminos exiuerunt hos in facie rubicũdos eſſe, ac gemmaꝝ in fronte tabulã tenere, quibus uita ſic prolongata fuit ex potenti nutrimẽto uini, cum ſit omniũ nutribiliſſimũ, ut actum. Hi ſunt qui plurimo potu & pauco cibo gaudẽt, quibus, ut arbitror, etiã uita longior fuiſſet, ſi debito regimine uſi eſſent. Nam tales cõplexione aut copoſitione fortes, robuſtiꝗ, ac plurimũ calidi a natura creati fuerãt, q̃ uitæ longitudinẽ pollicita erat. Et cum ex his quoſdam dulcibus uerbis

admonere enixus essem pericula dānaqꝫ anteponerē, in quę facile sic casuri erant. Respondebant probato uerbo plus credendum esse, tritum etenim est, ut uulgari in nostro cōsonātius dicam. Chi uuole uiuere sam beua dadomam. Hoc est, ut cęteris linguis satisfaciā. Mane potet quicunqꝫ cupit se uiuere sane. Et experiētia cōfirmabant quadam cum Rhetorica ratione probantes. Auibus autē aqua, ut hominibus uinum potus est. Sed quæ mane ante alterius cibi assumptionē aues bibunt cæteris uitę sunt longioris, ut in anseribus sic esse cernimus, cū anser ducentorum annorum comperta sit. Itaqꝫ in hominibus sic est dicendum. Et cum eis sic litigarē, uerbaqꝫ sic inaniter effunderē, ut anseres dereliqui. Dubiū Bibulis sic dissoluendum trado.
Itaqꝫ, Illustrissime Princeps obsecro, & si æquum est oro, aquam hanc uenerari atqꝫ colere uelis. Ad eamqꝫ sumendam te disponere, cum actiuorum actus non ni-

ſi in bene diſpoſito ſubiecto recipiãtur. Quod cum feceris, non hæſito ſic uitam tuam prolongari debere, eo præcipue cũ eius moderatus uſus fuerit in quantitate, tẽpore & huiuſmodi, de quibus actũ. Hæc mea ſententia eſt, hæc firma opinio, hæc fides, quibus cum aliorũ authoritate maiorẽ adhibebis fidem, quos consulo, conſulas. Et cum in omnibus rationẽ quærere inueſtigareq; ſolitus ſis, neq; dicta mea abſq; ratione ſcripta ſint, ſpero nõ paruam te his fidem adhibere. Vale unica ſpes mea, cuius uitam omnipotens Ieſus, ut opto, ſua miſericordia in æuum producere dignetur.

Haganoæ, per Valent. Kob.
Anno M. D. XXXII.
Menſe Septemb.

INDEX CAPI-tulorum.

De AQUIS VITÆ.

Ad concoctionem promovendam post crassiores cibos
quæ illæ stillatitiæ ex Spiritu Vini, vulgò
Aquæ vitæ dictæ, male assumunt, nec sunt
efficaces. Conr. Schusler in additamento 6. thesi
Sectan.

